

Mercurius

de

Mercurio



Geminæ
& maternæ
lib. 6.

mundi fundum
laborando
crede mihi
unde beari

columbæ
aves. virg.
æneid.

si profundum
inveneris,
habes totum
poteris.

M. fec. Wagenpergi in Carniola

PRÆSERVATIVUM
UNIVERSALE
NATURALE.
*An natura & arte depromptum
morborum genere,
Est*
LAPIS PHILOSOPHORUM

Cujus

Possibilitas, realitas, existentia & præpara-
tio, quantum licet, quodq; is solus sit unicus
morborum debellator Hercules.

Contra

JACOBUM JOANNEM WENCES-
LAUM DOBRZENSKI, de Nigro Ponte,
Philosoh. & Medicin. Doctorem, Lapidem
Philosophorum ejusque in definitam in
omnibus morbis curandi excellen-
tiam negantem.


REMONSTRATUR
EDITORE

JOANNE FRIDERICO
à R A I N,

Ad Stermoll & Radelfegch, incliti Ducatus
Carnioliae causarum Aulicarum Provin-
cialiumque Affessore, &c.

LABACI, 1680

Typis JOANNIS BAPTISTÆ Mayr.




**REVERENDISSI-
MIS, CELSISSI-
MIS
PRINCIPIBUS,**

*Reverendissimis, Illustriſſi-
mis, Per illuſtribus, Generoſis & Nobis-
liſſimis Dominis Dominis, Inclytæ Pro-
vinciæ Carnioliae Stati-
bus.*

Nquovis opere dijudican-
do, *Excelsis. bujus inclytæ Pro-
vinciæ Status*, duo se hominum
genera offerunt, vnum, opus
ſeu artem commendans, alterum vitupe-
rans. *Quosdam enim viros honestos inve-
nire licet, qui artem hanc multis nominis-
bus jucundam utilemque, amplectuntur,
& pro vtra agnoscunt: Alij verò non de-
ſunt,*

sunt, quibus absurdā nimis, inutilis & incerta videtur, eo quod nullus ferè unquam qui notorius, aut certè rarissimi eandem sint assecuti. Non solum artem ipsam: sed etiam eos, qui hanc editis libris divulgare, atque hac ratione excollere & propagare instituunt, magno prosequuntur odio. At nesciunt artem hanc neminem habere hisorem, quam ignoros, male feriatos, & qui nil nisi quod ipsi cūdunt probare solent. Omnibus etiam placere impossibile, D. O. Max. cunctis placere posse, nemo est qui nesciat. Ne igitur apud *Excelsos* meæ Patriæ *Inclytos Status*, ingratitudinis sive irreverentiæ notam incurrerem præsentem libellum Sac. Cæs. Majest. ejusque Inferioris Austriæ Intimo Consilio dedicatum, puram veritatem, & quantum licet praxim conficiendi *Lapidem Philosophorum* continentem, etiam vobis *Celsissimi Principes, Reverendissimi, Illustriissimi, Perillustres, Generosi, & Nobilissimi Proceres*, dedicare vestroque Judicio submittere debui, submisse expostulans, ut *Excelsi*,



& Inchyti Status conatum hunc meum,
bonum Publicum respicientem, clementi
vultu accipient, & favoris aura gratiaque
deinceps sua me dignari pergent, humili-
mè oro : Eosdem demum valere, & ad
Nestorcos annos vivere, ac pacifice re-
gnare ex animo præcor.

Reverendis. Celsis. Princip. Reve-
rendis. Illustris. Perillust. Generos. Nobi-
lis. D.D.V.V.

- *Servus obligatissimus*

JOANNES FRIDERICUS
à RAIN.

Recapitulatio.

Pro facilitiori Sac. Cæsar.

Maj. lectione cum annexis bi-
nis quæstionibus.

QUESTION.

Sed sentiendum de no-
mine , materia & præpara-
tione liquoris Alcaest , &
vtrum hic Vices Merc. Phi-
losophorū in via humida subire possit?

Nemo mortalium hoc tempore,
tanto spatio, sudore, labore, expensis
studioque pro solo bono publico tam
in fatigatos, & indefesos, in legendō,
scribendo, quam etiam corresponden-
do cum in hac arte peritis, labores ac
ego suscepit. Mysteriosa omnibus hu-
c usque visa duo tam abstrusa Agentia,
solvens & solvendum, agens & patiens,

mas & fæmina, actio & reactio, Mercurius & Sulphur Philosophorum, absque quorum actione & reactione, occultum nequit fieri manifestum, & manifestum occultari, tam varios mihi suscipiendi, & hæc duo inquirēdi labores dederunt.

Difficilimè porrò investigationis erat, in quo principium & finis Magisterij consistit, invenire solvens, quod potis sit aurum solvere, cum conservatione sui humidi radicalis.

Quæ sivi hoc in vegetabilem spiritibus & oleis eorumque salibus, at sero sapiunt phryges, cum prius laboratur quam legatur, & expertus sum id quod Philosophi scribunt: vegetabilia nullam cum metallis habere affinitatem.

Idem mihi evenit in animalibus, eorum partibus & mediis mineralibus, quæ cum Mercurium non habeant, cuius medium & purissimam substantiam ad Artem requirunt omnes Adepti, in illis præter dispendium nil reperi.

Eundem eventum dederunt salia,

Ple-

plerumq; natura sua corrosiva, & adin-
testina auri, cum suæ substantiæ conser-
vatione penetrandi nimis debilia.

Sed neq; in sale roris majalis ipsoq;
aëre varijs magnetismis attracto, vtpote
remotissimis agentibus fas fuit proposi-
tum adipisci.

Investigavi profundius, maximo,
arduo, & longissimo tempore, solvens
Mercuriumque Philosophorum adeo
per necessarium, licet contra consilium
Theophrasti, in aur. Philosoph. cap. 10.
fol. 84. in olcis metallicis, sed & ibi ni-
hil inveni, excepto, quod didicerim ex
auro & ejus Mercurio tinturas confici
non posse, eo quod in his duobus natu-
ra calidis & similibus, non detur actio
& reactio, vtpote qui ambo mares ge-
nerare nequeant.

Aggrēsus tandem ita in natura
sua consistentem, variis modis & labo-
ribus Mercurium vulgi, in eo itidem
propositum, eo quod corpus loco se-
minis acceperim, non inveni.

Propinquius vltimis hisce annis ac-
cisi , inductus à Basilio , qui ait, tractans
de antimon. non procul à meta eum
 sagittare , qui novit Mercurium anti-
 monij præparare , cuius licet mihi sit
 nota præparatio , tamen & his suis su-
 perfluitatibus , tam essentialibus quam
 accidentalibus scatet , & nisi ab his li-
 beretur , arti non minus ac vulgaris e-
 sit inapplicabilis , cum ergo Mercurius
 vulgaris ex eodem principio ortus ad
 manus sit , faciliusq; essentialiter & ac-
 cidentaliter purgari possit , cur Mercurius
 antimonij elaborandus ? cum quæ
 per pauciora fieri possunt , per plura fi-
 eri non debeant.

Triumphat ergo manualiter & pra-
cticæ , à nullo hucusq; debellata sen-
tentia , Mercurij vulgaris medium &
 purissimam substantiam esse solvens il-
 lud desideratissimum , ipsumq; Mercuriu-
 rum Philosophorum.

Possem copiosissimis authoribus ,
 hanc sententiam roborare , at prolix-
 tati

tati non studens, vnum alterumve definitiva adduco Adeptum. Sit primus Trevisan. qui ait : *Differentiam esse ponendam, inter argentum vivum crudum, quale venit de minera, & inter argentum vivum purum ac mundum, quod ex crudo mediante arte paratur, vnum est argentum vivum naturae, alterum artis, tamen ex naturali arte paratum & ex-NB. tractum.* Et Princeps Philosoph. Geber. *Materia perfectionis non est argentum vivum quale est in natura sua, nec est ipsum totum, sed pars illius, fiat igitur electio purioris partis vel substantiae argenti vivi, relicta & rejecta parte impuriore.* Sic mihi præ cæteris charissimus Philaleta tractat. 1. de Metallor. Metamorphesi cap. 8. pag. 47. Norint itaque doctrinae filij, materiam Mercurij vulgaris, Mercurij Philosophici materiam ingredi debere ac posse, quamlibet non totam que in isto NB. conspicitur substantiam. Idem tractat. 3. Fons Chym. Philosoph. pag. 104. Mercurius enim vulgi est aqua, sed deest ei spiritus

*ritus & vis ignea ad uerendum, suppleſi
potes, quod deſt, ſummo cum artificio, tum
non amplius erit Mercurius vulgi, ſed ſi-*

NB. *miliſ noſtro. Hinc jubent Philosophi,
Mercurio ſuperflua demere & ſufficien-
tia ſupplere. Et tractat. de Metallor.*

*metamorphes. cap. 8. pag. 46. Opera-
tiones Mercurij Philofophici in cauſis ſuis
non aprebindunt, incerti eapropter ali-
quid vice vulgaris Mercurij expetunt,*

NB. *non autem norunt in quo deficit Mercur-
ius vulgi, ne ſapientum ſit verus, & ta-
men reiſciunt. Pulchre Aran. Hermet.*

philosoph. op. pag. 230. Mercurium

NB. *illum Philofophorum, non eſſe argento-
vivum in natura ſua, nec in tota ſua
ſubſtantia, ſed mediam & puram ejus eſ-
ſentiam, quæ ab illo originem ſumptit, &
ab illo creata eſt, graviorum Philofopho-
rum ſententiæ, adſtipulatur experientia.*

*Et Introit. apert. ad oecluf. reg. palat.
tractat. 2. ad rub. cæleſt. pag. 66. Ut er-
go probè tandem intelligas quæ ſit aqua
noſtra, per circumſtantias dico tibi (id-*

que charitate commotus) quod fit viva , BN.
 currens , clara , nitida , albissima instar
 nivis , calida , humidaque , aërea , vaporo-
 sa , & digerens . Et talis revera est ejus
 forma , à me ostendibilis . Tandem quæ-
 stion . & Respons . de lapid . Philosoph .
 in theat . Chym . vol . 2 . pag . 12 . Philo-
 sophum naturam imitari oportet , ut ter-
 ram illam Virginem paret , mundet , cale-
 faciat , & à suis superfluitatibus & pec-
 cato originali , quod à parentibus contra-
 BN .
 cit , lavet , purificet , & redimat opere
 prætium est hoc faciat , hoc est superflua de-
 mere , & deficiencia suplere , quid in Mer-
 curio superflua esse dicis ? dico terræ , ob
 Adæ lapsum , & omnia etiam esse maledi-
 ca , & per consequens morti obnoxia , & re-
 demptione opus habuisse , nihil enim inqui-
 natum , aut abominationem patiens ingre-
 ditur paradysum , nisi per ignem & aquam
 mundetur , & regeneretur . Terra autem
 circa quam seminatur aurum Philosophi-
 cum , est Mercurius ipsorum , sed ante-
 quam eo nomine insigniatur , necesse est ,

(ut ante dictum) ut mundetur & excalefiat. Finio paragrophum hunc cum
NB. cautella Bernardi ad Thom. de Bonon.
 scribentis. pag. 314. Errare illos summo-
 pere, qui putant ex Mercurio claram &
 transparentem aquam esse extraberdam,
 qua cum se mira perpetrare posse confi-
 dent, posito enim educi posse, talem aquam,
 ea tamen operi nostro est inutilis : nam
 quamprimum Mercurius, à natura sua
 excitur, ab opere Philosophico excludi-
 tur, nam spermatica seminis sui, &
 metallica natura est excutus, ac proinde bu-
 mido suo spoliatus, operi proinde redditur
 inhabilis. Ac proinde ut admitemus hu-
 jus paragraphi dixi, ante & in ipsa es-
 sentiali & accidentalí sua purgatione,
 forma ejus currens non debet corrum-
 pi, sed omni studio conservari.

Minor est difficultas in Agente,
 Mare sive Sulphure solvendo, invenien-
 do, præparandoque, hoc enim sive
 longiori, sive breviori via quæsito
 totum magisterium excepta excoctio-

ne habetur , cui verò via brevior ignota est , ad eum obtinendum , is longiori via cum inquirendi aggrediatur , quod in auro vulgi & mercurio nostro debito pondere , igne & methodo applicatis inveniet.

Posito ergo mercurio pro solvente & Agente passivo maxima oritur difficultas , per præviā essentialē & accidentalem purgationem ejus obtiuere medium substantiam , quæ non obtinentur , nisi ab eo Sulphur ejus externum vaporosum & comburrens totaliter removeatur.

In hoc labore Artifici corniculatæ Dianæ & Veneris columbæ propitiæ funto , Mercurij enim superflua humitas per Bal. siccum , & terrena leprositas per Bal. humidum detergitur.

Mercurius essentialiter & accidentaliter ab omni labe originali expurgatus , vterus est frigidus , cum ergo vterus frigidus generationi sit ineptus , excalefieri debet , quod fit si auro per vi-

ces imprægnetur, sic enim perhibent Philosophi. in Rosar. magn. in Turb.

BN. pag. 38. *Similiter argentum vivum, est omnium metallorum materia, quod cum sit frigidissimum, potest reddi calidissimum brevi temporis spatio artis ingenio.* Et Arcan. Hermet. Philosoph. op. pag. 220.

BN. *Spiritualis tamen amor virginem non poluit: potuit itaq; Beja citra crimen ante fidem datam Gabritio, amorem contraxisse spiritualem, quo alacrior, calidior, & rebus conjugij aptior fieret.* Vtq; brevis sim, idem pag. 222. *Sulphure ta-*

NB. *men invisibili prius imprægnari debet, ut visibili perfectorum corporum tinctura largius inficiatur, etiamq; multo cum fænore rependat.*

Cuius singularitates & differen-
tiæ à Mercurio vulgi videantur supra
pag. 21. & 22.

Addo quod rite ut doctum est c-
laboratus Mercurius, stet in igne, & si
esset per annum immutatus, inaltera-
bilis, absq; summo suiq; dimunitione. Et

Hæc magnalia Ars, ope Naturæ benedictæ in lucem prodit, & à tam paucissimis creditur, imò ridetur, nunc credo verum esse quod:

Mille annis jam peractis

Nulla fides est in pactis,

Mell in ore verba lactis

Fel in corde

Fraus in factis.

Quando itaque Mercurius, prædictas possederit singularitates, erit ille Mercurius quem describit natura apud Sendigvog. in Dialog. inter Mercurium, Artistam & Naturam in suo novo lumin. Chym. *Scito quod est mibi unus tantum talis filius, unus ex septem est, & primus est, ipse quoque omnia est, qui unus tantum erat, & numerus ejus integer est, in illo sunt quatuor Elementa, qui tamen elementum non est spiritus est, qui tamen corpus est, vir est & tamen vires feminæ agit, puer est, & tamen arma viri gerit, animal est, & tamen glas avis*

NB.
ba-

babet, Venenum est, & tamen lepram curat, vita est, & tamen omnia occidit, Rex est, & tamen alter possidet ejus regnum, fugit ab igne, & tamen ex ipso paratur ignis, aqua est & non madefacit, terra est, & tamen seminatur, aer est & vivit aqua. De quo sic concludit Philaleta Tractat. 2. brevis manuduct. ad rub. caelest. pag. 65. & 66. Tandem itaque Mercurius noster, non est Mercurius vulgi, est enim aqua pura, munda, clara nitida, & resplendens, plurimaque admiratione digna, cruda est, frigida & immatura, si ad solem comparetur: matura verò calida, digestaque respectu Mercurij vulgaris, qui nullas habet huic similes qualitates, excepto solo albedinis colore, fluxusq; sui forma, in quibus tamen ipsis per magna differentia.

Agens activum longiori via procedendo ad Sulphur, & ex hoc ad lapidem Philosophorum est aurum, quod stibio purgari debet, praxis clara excipiatur ex Clau. I. Basilij.

Depuratis agentibus, invicem debito pondere amalgamari, & amalgama depurari, avo includi, Hermetice sigillari, & ad furnum Philosophorum ad gradum ignis notum locari debent.

At igne hac arte in tota nihil secretius, testes sunt mihi omnes Philosophi, cum Artephio & Pontano, qui testatur in sua Epistola expressa in vol.

NB.
6. Theat. Chym. quod licet totum secretum Artis & præparationem lapidis nostri benedicti ad vnguem caleret, at tamen propter ignorantiam ignis 300. erravit, secretissimus itaq; hic est ignis, & à nullo Philosopho clarè positus, si ne quo implicat via ad lapidem, quem scire absq; DEI inspiratione, vel Magistro qui eum monstret est impossibile, loquor de igne externo, ipse ego post DEUM ex clementia Amici eundem possideo, postquam eundem quæsivissem, in arena, in cineribus, Balneo, fimo, igne aperto, vaporoso, in pulvribus cava quærcu exceptis, & rebus

bus plurimis aliis , attamen materia lapidis motum & circulationem habere non potuit , donec ignem à Philosophis & præsertim Bernardo descriptum Amicus declarasset , quod fieri debeat *clarus , clausus , circumdatus , aëreus , vaporosus , digerens , concoquens , penetrans , circulans , ac unicus .* Quo explicato & adhibito , quocunq; momento placuit , pluvias , tempestatem , vel etiam serenitatem materiae nostræ videre licuit .

Corporibus ita impositis hæc solvuntur sive calcinantur , solvere enim & calcinare idem est Philosophis .

Cujus solutionis officium est , manifestum occultare , & occultum manifestare , ut ad rem Philaleta Tractat . I . de Metallor . Metamorphes . cap . 5 . pag .

20. Sciant ergo omnes artis filij , quod ad Arcanum nostrum consequendum opus sit , auri semen occultissimum manifestare , quod non fit nisi per plenariam , ac omnitudinem fixi volatilationem , ac proinde formæ istius corruptionem .

Quæ

Quæ corporis volatilisatio antea
 perfectam & absolutam nigredinem sub
 mirabili compositi nostri metamorphe-
 si contingit, quia compositum intu-
 mescit, facit vesicas, nigrescit, destil-
 latur, ad latera ovi elevatur, resolvitur
 & guttatum decidit, & centum induit
 figuras, modo apparet ut nemus, mo-
 do elevatur instar arborum quæ cor-
 runt per vices & aliæ surgunt, hanc Phi-
 losophi, nemus seu sylvam Dianæ appel-
 lant, de quo nemore Virgil. & Sendi-
 vog. materia etiam aliquando apparet,
 ut rosettum, als wie ein Rosenbusch.
 cuius meminit Flamel. apparent item
 insulæ & montes, & in horum cacumi-
 ne flores, de quibus itidem Flamel. &
 sub his figuratis montibus currit visibi-
 liter Mercurius, & semper de eo plus &
 plus, de qua representatione ait Fla-
 mel. in dessen Grund brudelte he-
 raus ein sibenes Wasser. Tandem
 hi montes in illam aquam sive Mercu-
 riūm

rium præcipitantur , & tota massa ver-
 titur in Mercurium summè tremulum :
 est mare illud Philosophicum , de quo
 iudicem passim , huc applicandus eorum
 textus qui ait : *Nisi scias montes conver-
 tere in cor maris nibil efficies.* Composi-
 tum hoc item apparet instar picis liqui-
 dæ nigræ , de qua Philaletha , aliquan-
 do mille vesicæ instar guttarū mercu-
 rialium supra materiam sese ostendunt ,
 tandem circa diem vigesimum plus vel
 minus , cæruleus color instar iridis in
 rotundum apparet , & post hunc **ein**
artlic eröthliche Färb , cum humo-
 ris tamen copia , de qua Philaletha : *ru-
 bedo tamen in operis initio est conspicua , si*
*tamen cum debita humoris copia concur-
 rat &c.* apparet item color viridis , sed
 tantum die **Nieerariene Färb** . tan-
 dem materia incipit solidari & liquida-
 ri instar pinguis jusculi , de quo brodio
 saginato Philalet. & Flamell. interim
 semper destillabatur : post initium viri-
 dis

dis coloris nebulæ consurgunt crassissimæ , grisei, aliquando cerulei, aliquando modice flavi coloris , hi sunt venti qui juxta Philaletham, in embrione nostro sunt frequentes, & hæc omnia visu tam dignissima , quam jucundissima emergunt ante perfectam nigredinem , quæ perfectæ dissolutionis est signum , ut ait Harmon. Chem. David. Lagn. in Theat. Chym. vol. 4. pag. 747. Corpora nigra facta ut carbos sunt secretum nostræ veræ dissolutionis , quem colorem nigrum sequitur albus , & dein rubens ut sat fusc supra scripsimus , & sic sulphur tubeum Philosophorum lapidis materia proxima longiori via est paratum.

Circa viam autem breviores ad sulphur vtrumq; Philosophorum tam album quam tubeum ita definit Arcan. Hermetic. Philosoph. Quartus volat rubeus sive sanguineus ab albo solo igne extrahitur. Et Introit. apert. ad oclus. reg. palat. cap. 19. pag. 50. Quia sol noster est ex Mercurio nostro. Sic pag. 53.

Quapropter si artem noris extrabe solem nostrum ex Mercurio nostro, tum ex una re opus perficies. Denique pag. 54. Sulphur ergo nostrum omnibus cum viribus quære, quod crede mibi in Mercurio nostro colliges si te facta vocant.

Sententiæ præcitatæ Introit. apert. ad occlus. reg. Palat. in memoiam revocant, quod supra pag. 22. scripsi

NB. de Mercurij sophici & vulgaris differentia, dixi enim numero VI. quod Mercurius Philosophorum se permittat, absque additione alicujus rei in argentum in cupella remanens figere. Dico proinde qui eum tali modo fixaverit, habere in posse Sulphur album, & si viterius Vulcanisatus fuerit, sulphur habebit flavum sive rubeum Philosophorum via breviori quæsitum, videatur de hoc Ærym. Cosmopolita.

Testis mihi sit Introit. apert. ad occlus. reg. Palat. cap. 11. qui ait: *Hic Mercurius evasit Hermophroditicus, bunc ergo in ignem posuerunt, & illum tempore*
baud

*band longo, coagularunt, inq; sua coagula-
tione, solem lunamq; repererunt purissima.*

Habito itaque Sulphure Philoso-
phorum, quacunq; via quæsito, capia-
tur in hac via sicca hujus pars I. & Mer-
curij nostri partes duæ, incorporentur
& in ovo excoquantur, quo usq; trans-
actis omnibus coloribus, generetur fi-
lius solis sive lapis Philosophorum, jux-
ta genus sui Sulphuris.

Perfectus itaque lapis est morbo-
rum omnium absq; differentia, debel-
lator acerrimus, vt fusius supra scri-
ptum, declaratum & probatum est.

Nunc Respondeo ad quæstionem.
Nemo Philosophorum ante Paracel-
sum hoc nomine Alkaest usus est, qui
semel tantum lib. de viribus membror.
cap. 6. de viribus hæpatis de illo memi-
nit his verbis: *Sed & liquor Alkaest ma-
gnam hæpatis confortandi, & conservan-
di, adeoque ab Hydropsi, & ejus omnibus
generibus ab hæpatis vitiis ortis præser-
vandi vim & efficaciam habet.*

Vocat hunc liquorem Alkaest Helmont. tit. potestas medicaminum fol. 190. N. 3. sub vno nomine ignisaqua, dum ait : *Tum dein alter spiritus, superioris ordinis dedit mibi lagenam, in qua erat unius verbi ignisaqua, nomen prorsus simplex, singulare, indeclinabile, inseparabile, immutabile & immortale.* Hic liquor Alkaest ut testatur Helmont. omnia corpora in primam materiam servata seminum potestate, reducendi potestatem habet, ita ut solvendo eorum virtutem non enecet, aut confundat, quoniam subtilitate qua pollet mistorum corpora sic intimè pervadit suaviterq; dissolvit, absq; quod in fumum seu halitum effugiant. Sic enim scribit in Progym. met. fol. 42. n. 7. *Et hactenus Alchaest Paracelsi cuncta naturæ corpora penetrando subtiliando transmuttat.*

Materia ejus est Mercurius, & sine dubio essentialiter & accidentaliter depuratus, vt eruitur ex Helmont. progymnas. meteor. fol. 43. n. 14.

Alij cum Raimund. Lull. judicant materiam Alchaeſt esse Tartarum, ſic e-
nim ſcribit aitque Raimund. Lull. quod
cum hoc liquore coram Eduardo An-
gliæ Rege ejusque Ministris argentum
vivum vulgare conſtrinxerit, quod ſe-
cretum nemo præter ſe & Regem ca-
luerit, dicit item in ſuo 2. expérimen-
to, de Tartaro, quod in hoc talia in-
veneſit mysteria, quæ nequeunt expli-
cari.

Totum igitur Arcanum ut qui-
dam judicant ex Tartaro proceſſit, fi-
enim hic ad albedinem calcinetur, &
in ordinario vini ſpiritu reſolvatur, fil-
tretur, ad ſiccitatem abſtrahatur, &
ſiccum in abſtracto vino demum reſol-
vatur, filtretur quoque nullas poſt
ſe relinquat fæces, ſed intense clareſcat.
Super hoc ſal affundatur rectificatiſſi-
mus ſpiritus vini, putreſcant, & ede-
ſtilletur vini ſpiritus, viſque dum appa-
reant in alembico venulæ, ſtudioſe ita-
que juxta praxim Lullianam abſtraha-

tur phlegma , vt materia maneat sicca,
quam denuo vini spiritu rectificatissi-
mo potabis , & per omnia vt prius pro-
cedes , idque eovsque , quovsue tarta-
rus hic vt cera super ignitam lamellam
absque fumo fluat.

Habito hoc signo ponderetur tar-
tarus , & super infundantur ei quatuor
partes sui spiritus edestillati & servati ,
& in Bal. congela , & edestilla phlegma
absque recipiente , qua finita , ruris
affunde sui spiritus vt prius , & procede
vt prius , vsque adhoc signum , vt si de-
dicto Tartaro parum supra lamellam
ignitam fundas , potior pars in fumum
abeat , quod signum erit tartarum hunc
capacem esse , vt sublimari , omniaque
corpora cum conservatione sui humidi
radicalis solvere valeat , sublimetur de-
inde tartarus hic mundatissimus &
fluens vt cera fugiensque , quem Lul-
lius Spiritum sublimatum , Mercurium
vivum , Salarmoniacum , & lapidem
in fermentatum nominat.

Capiantur deinde pond. 4. spiritus
vini rectificatissimi, & imponantur vri-
nali, quibus addatur pond. 1. salis vege-
tabilis prædicti præparati & sublimati,
putrefiant deinde per 2. dies naturales,
deinde destillentur invicem toties,
quovsque omnia simul sub specie cla-
rissime aquæ transcedant. His factis
recipiatur demum pond. 1. salis prædi-
cti, & super fundatur spiritus edestilla-
tus, & procedatur ut prius, & hoc
quovsque cum 4. pond. spiritus Vini in-
corporati sint. pond. 4. salis tartari
præparati & sublimati.

Menstruum hoc sic cælificatur,
totum menstruum imponitur ad circu-
landum infimo vel Bal. per 60. dies,
quibus ponit hypostesim, sive re-
sidentiam, à qua debet cautè per in-
clinationem seperari, postmodum ac-
cipiatur de Mercurio, præparato, &
resolve illum in triplici vase Lullij ex-
perimento 13. formati, in oleagino-
sam substantiam, de qua accipiatur
pond.

pēnd. i. commisce, habebisque in posse menstruum omnia corpora radicaliter resolvens, & in infinitum multiplicans, atque hic est ille liquor, quo cum se mira perpetrasse gloriatus Lulius.

Verum sanior est opinio Helmontij, & Comitis de Comitibus aliisque Philosophis, quod Alchæst sit saluum ens primum, fiatque ex Mercurio, & ita Theophrasti circulatum majus, cuius confectionem docet lib. X. Archidoxeos, fitque beneficio circulati minoris, praxis inde accipiatur sufficit materiam Alchæst ejusque præparacionem vnde petenda sit insinuasse, & dito monstrasse.

NB. Nabito hoc circulato minori, si-
ve materiæ proximæ liquoris Alckæ-
stici sublimetur nostra & Paracelsi via
Mercurius noster, nostro modo depu-
ratus & præparatus, & resolvatur in
circulato Paracelsi minori, & putrescat
cum novo circulato, ut impurum suum
di-

dimitat, purum christalisetur, & sublimetur, sublimati hujus extrahatur essentia quinta, & abstracto spiritu vini, reliquum in cælario fluat, digeraturq; per mensem, & apposito novo nostro Mercurio digeratur & destillatur, & transibit arcanum primi entis Mercurij sive liquor Alchæst in substantia liquida, quod Paracelsus circulatum majus nominat, qui liquor ejusque usus est immortalis, si enim centies eo utaris, nihil virium deperdit, à quo vt ait Helmontius, si argentum vivum vulgi abstractatur, illud figit.

QUÆSTIO II.

Quid sentiendum de auro potabili, & utrum per liquorum Alckæst fieri posse sit?

Summum Aurum potabile est lapis Philosophorum per se, vel in liquore morbo appropriato sumptus.

Quod

Quod fieri possit per liquorē Al-
ekāest est absque controvēnsia , cum
hic liquor omnia corpora radicaliter
resolvat.

Quin imo probabile est , quod et-
jām fieri possit per menſtruum Lullian.
supra quæſtione prima explanatum , si
in ipſo aurum resolvatur , & per 20.
dies infimo vel Balneo putrefacat , & à
Hypostasi liberatum ab ipſo Menſtruū
abſtrahatur ad oleitatem auri , ſupra
hoc oleum auri denuo edeſtillatum
Menſtruum affundatur ad eminentiam
trium digitorum , putrefacat demum
per 24. horas , quibus elapsis deſtille-
tur ex cineribus ad ſiccitatem , huic au-
rifico pulveri demum edeſtillatum
menſtruum affundatur , putrefiat ut ſu-
pra & deſtilletur per cineres hoc toties
fiat , quo uifq; totum aurum cum men-
ſtruо tranſcendat , quod ſepties erit re-
atiſcandum.

Idem processus ut dictum eſt de
auro fiat cum argento , atq; has duas
aquas

aquas sive solutiones solis & lunaे con-
junge , quam conjunctionem Lullius
vocat , patris & matris , masculi & fæ-
minæ , atq; hoc pacto habebitur men-
struum vegetabile ratione salis tartari ,
quod menstruo in est , & minerale ra-
tione corporum solis & lunæ , hæ solu-
tiones circulentur per 60. dies , quibus
peractis prodibit in actum menstruum
quod Lullius *majus* appellat , cuius tan-
ta est potentia vt idem afferit Lullius ,
vt nullo sermone possit efferi .

De quo sic Encomiatur Lullius
experimento suo 25. Hoc ergo est il-
lad menstruum admirabile , quod cor-
pora cuncta dissolvit , cum conserva-
tione formæ vegetativæ , & per mutati-
væ . Hoc inquam est illud menstruum ,
in se tantum odoris & fragrantiae con-
tinens , vt nihil conferri possit .

Hoc denique est menstruum re-
solubile , quod in numeris planè nomi-
nibus appellant sapientes , acetum a-
cerrimum , quod aurum convertit in
spiritu-

spiritum, hæc est aqua sicca, aqua auri,
& aqua vitæ.

Sed ad rem in primo menstruo
solvantur 3. vnc. auri calcinati, putre-
ſat solutio, & per Bal. abstrahatur
menstruum, quo abstracto super fun-
datur menstruum hoc magnum, & le-
ni colore digeratur, quod faciendum
quousq; totum aurum resolvatur, quæ
solutio erit rubicunda instar rubini,
debetq; primo circulari in Bal. per 20.
dies, & totidem in cineribus, & appa-
rebit tum infundo gummi quodam ru-
bicundissimum instar carbunculi, men-
struum verò remanebit album, quod
caute declinandum, ne gummi divel-
letur, in natura sua tingens, & in om-
ni aqua resolubile.

Et hoc ait Lullius? est verum au-
rum potabile, cum quo cum esset se-
nax, se toties curavit, quodq; in homi-
nibus, radicale humidum conservat, re-
movet canitatem, nigros facit crines, o-
mnes morbos curat, si tantum, quan-
tum

tum granum millij ægrotanti stomacho
jejuno propinetur.

Neq; virtute transmutativa caret,
quin potius si ex eo vnam partem su-
per bis centum partes Lunæ projeceris
totum convertit in aurum.

Item testatur Lull. si vnam par-
tem hujus auri potabilis conju[n]xeris
70. partibus Mercurij , digerendo in ci-
neribus per 15. dies , totum converte-
tur in aurum.

Raymundi Lullij conficiendi au-
rum potabile methodum secutus Pole-
manus in vol. 6. Theat. Chym. per spi-
ritum suum acidum , aurum in primis
per dictum menstruum volatisat, quod
facilè fit, & inde in crocum reducit, qui
crocus deinde abit in quintam essen-
tiā sive substantiam auri , postquam
ab acido menstruo quidquid acrimo-
niæ adesse poterat, seperatum fuit, qnæ
operatio cum per idem menstruum à
me plurima ex parte fuerit practicata ,
& vera inventa huc debuit apponi.

Cæte-

Caterum per Mercurium Philosphorum factum in via liquida ut supra dictum etiam fit Aurum Potabile, si in Vini spiritu circuletur, & is ab hoc abstrahatur, qui in Metallum irreducibilis transibit instar coralli ruber, atque cum de hoc plures Philosophi dixisse sat est, ei; qui solum summam cui imperare est vulgare aurum potabile Medicinam satagit & tinteturam. Lapidem nempe Philosophorum.

F I N I S.





Prodiit in lucem libellus
 perexiguus salivam insalsam
 portans copiosam PRAGÆ
 impressus, intitulatus *Præser-
 vativum Universale Naturale*,
 summo orbis capiti LEOPOLDO IM-
 PERATORI dedicatus, Authore Jaco-
 bo Joanne Wenceslao Dobrzenski de ni-
 gro ponte, Medico & Practico Pragensi,
 qui titulo *Præservativum Universale*, hunc
 ponit paraglyphum : dixi *Præservativum
 Universale*, splendidus & nimis arrogans fa-
 teor hic est titulus, & putabunt multi me
 ex via illa universali Philosophica *magni
 lapidis* aliquod hic loci allaturum arcanum:
 at si quod simile datur dubito, & dubitavi
 semper, non levi rationi innixus, sanè sa-
 tius fecisses Medice, salivam tuam retinen-
 do, quam *Lapidem Philosophicum*, ejus exi-
 stentiam & virtutis eminentiam, in me-
 dium & litem saliva provocando: sic enim
 saliva in ore retenta, odium & pestem om-
 nium tam demortuorum, quam viven-
 tium artis spagyricæ cultorum non attræ-

xiss. Inquis enim : te dubitare & dubitasse semper utrum quid simile detur, nempe *Lapis Philosophorum*, in quo summæ ignorantiae tuæ notam incurris, nemo enim ejus possibilitatem & existentiam nisi in o-
ctavo stolidus & insipiens hucusquæ negavit, & apud summos penesque sapientissimos orbis Principes, crimen læsa Majestatis incurris, cum sic discurris, ut potè quos vel maximè teste perfect. Philos. Idea Hermet. in Theat. Chym. vol. 6. pag. 140. hæc convenit Philosophia, ita enim ejus textus

Principes convenit esse spagyros. sonat : nihil est quod Principes magis decet quam Hermetica Philosophia studium, nam quemadmodum subditos suos nativitate & potentia antecellunt, sic omni operâ niti debent, ut illos etiam in scientia naturæ & artis superent.

Possibilitas proinde non est neganda *Lapidis Philosophorum*, sive tincturæ & medicamenti universalis hominum atq; metallorum, sic enim ego dico, assero & statuo, & iu tui confusione Margarit. prætios. in Theat. Chym. pag. 639. afferit, loquitur, concludit dicitq; : probare & simili-
lizare, banc artem esse veram apud ignaros,

Lapis Philos. est possib. incredulos & insensatos, est sicut similizare de coloribus, figuris & motibus apud cacos, & de sonis

sonis & vocibus apud surdos , quantumcunque eis in his probes , verum tamen non confitebuntur . Inde ait Sendivog . Tract . de sulphur . pag . 214 . *Nos autem indigni hanc artem nihil esse concedimus , virtutis amatoribus vero & veris indagatoribus filiisque doctrina , summopere illam commendamus , veramque esse & verissimam omnino esse asseveramus , quam aliquoties coram viris eo spectaculo dignis , magnis & infima conditionis hominibus , re ipsa comprobavimus .*

Possibilitate ergo hujus artis positâ *Lapid.*
de ejus realitate & existentia quis dubitat , *Phylos.*
cum & prioribus saeculis haec ars pra-
etica fuit , & adhuc apud invidos in di-
versis orbis plagis celatur . *existen-*
tia bi-
storica.

Novimus enim anno 1627 . Viennæ Austriae pulvere quodam atro viridi lunæ ex cinabri arte factæ lotones 4 . in aurum à Woradain aprobatum transmigrasse .

Et Joannem à Monte Snyders coram adhuc viventibus testibus , nostro saeculo cum parte 1 . suæ medicinæ integrum saturini libram in aurum transformasse .

Et ut fatetur Franciscus Mirandulanus alium quoties libuit paucò temporis spatiò ex fornaculis suis parva in pensa aurum deprompsisse .

Qui idem Mirandulanus Bononiæ argentum & Capri aurum suâ arte consecit.

Sic anno 1603. Gostenhofferus cum data sibi ab hospitato monacho peregrino tinctura, saturnum in aurum tinxit argenterati.

Vilonovanus Romæ.

Et Raymundus Lullius coram

Edvardo Angliae Rege.

Catalo-
gus ade-
ptorum. Et pluribus in locis Theophrastus Hermes. Raffis. Geber. Avicena. Merlinus. Hortulanus. Democritus. Moriensus. Baccon. Anaxagoras. Alphidius. Keleus. Delphinus. Apolonius. Tyanæus. Arnoldus. Artephius Basilius. Bernardus. Ferariensis. Zacharius Flamellus. Riplæus. Jodocus Græverus. Johannes de Sacro Bosco. Avrellius angurellus. Rupeſcisa. Chrysipus Fanianus. Thebanus. Pontanus. Holandus. Landfspringius. Maria Prophetisa. Pſelius. Scotus. Fernelius. Albuzagal. Albertus magnus. Brierius. cibinensis. Anonym. Sarmata. Nortonus. Cremierius abbas. Alvetianus Boetius. auctor. Hermetic. Philosoph. oper. Auctor item introit. apert. ad occluſ. reg. pallat. & his quam plurimum cum Sendiguogio tinixerunt.

Quin & imo Sacratissimus Cesar Leopoldus cujusdā Monachi nescio ubi reperta
 tin-

(5)

tinctura venerem, & jovem in aurum transformayit. Et Ferdinandus III. Edvardi Kellei Equitis Angli tinctura, vnicō vno grano medium libram argenti vivi in aurum transmutavit, & in monetæ formam rediget, & ad partem vnam hujus monetæ Mercurium cum caduceo in vna: in altera manu lyram capite solari excussit. Hac vna ex parte inscriptione.

*Divina metamorphosis exhibita Praga
15. Januarij 1648. in præsentia Sac. Cæsareæ Majest. Ferdinandi III.*

Alterius partis hac erat inscriptio: *Raris hac ut hominibus est ars ita raro in lucem prodit: laudetur Deus in eternum, qui partem sue infinitæ omnipotentie nobis suis abjectissimis creaturis communicavit.*

De cuius *Lapidis Philosophici excellētia*, præminentia & penetrantia, maximaque virtute, sic scribit Helmont. de vita æterna fol. 950. *Enimvero vidi illum aliquoties, meisque contrectavi manibus, erat enim coloris qualis croco in sicco pulvere, ponderosus tamen & micans instar vitri pulveratii: datus mihi semel fuerat de eo quadrans unius grani, voco autem granum sexagesimum partem uniuersim unciae. Hunc ergo quadrantem charta involutum projeci super uncias 8. argenti*

genti vivi servidi in crucibulo, & confessim totus hydargyrus cum aliquanto rumore stetit à fluxu, congeLLatumque resedit instar flava cere, post fusionem ejus, flante folle, repertæ fuerunt 8. uncia auri purissimi granis 11. minus.

Itaque unum granum hujus pulveris, transmutaret in aurum optimum partes argenti vivisibi aequales 19 186.

Inter terrena ergo reperitur prefatus pulvis, ab aragine, rubagine, carie & morte defendens &c.

Idem de arbore vitæ fol. 630. qui imhi primo dabat pulverem aurificum, habebat saltem ad minimum ejus tantundem, quantum ad ducenta millena librarum auri commuttanda sat foret, &c.

Quem eundem lapidem Philosophicum ad vivum describit Introit. apert. ad occlus. reg. palat. tractat. 2. brevis manuductio ad rubin. caelest. Atque ideo non est lapis (hoc est corpus compactum) verum specie aurum purius purissimo, fixitate seu incombustibilitate lapis, figura pulvis subtilissimus, ad visum corpus grave, ad tactum impalpabile, ad gustum dulce, ad odoratum beue olens, virtute spiritus penetrantissimus, siccus existimatus, & tamen unctuosus, super lamellam metalli facile fluens & tingens.

Manet igitur fixa & firma in confusione authoris Præservativi Universalis & Naturalis possiblitas & realis existentia *Lapidis Philosophorum*, quem Philosophi ibi inquirunt, ubi natura definit, subtilem nempe materiam in re aut occlusam detegere & manifestare, ut adimpleatur eorum dictum.

Si fixum solvas faciasque volare solnum,

Et volucrem figas, faciam te vivere tum.

Quod occultum rei nequit haberi *Absq. a-*
absque agente & paciente, sive activo & *gente et*
passivo, sine quorum combinatione natu- *patien-*
ralis & artificialis rerum omnium implicat *te nil*
generatio. *genera-*
tur.

Hoc igitur agens patiensque debite applicandum, ut inde occultum fieret manifestum, & ex hoc manifesto resultaret *Lapi-*
*Phi**losophorum* via dupli humida & sicca in varijs rebus quæsiverunt Philosophi.

Cumque prænovissent Mercurium & sulphur Philosophorum ab ipsis facta, & fabricata esse materiam proximam *Lapidis Phi-*
losophorum, sic materiam lapidis bipartie- *plex re-*
runt, & dixerunt, aliam esse *Lapidis Philoso-* *mota et*
phorum materiam proximam, quæ est Mer- *proxi-*
curius *ma-*

Curius & sulphur Philosophorum, & aliam
remotam, ex qua neimpe Philosoph material
riam proximam *lapidis* id est Mercurium &
Sulphur Philosophorum educunt.

*Agens
passivū
inven-
tu diffi-
cile.*

Maior autem erat difficultas circa a-
gens passivum, quam activum invenien-
dum.

*Lapis
Philos.
non in-
quirat-
tur in
Vegeta-
bilibus.*

Non perpauci igitur totam spem in vege-
tabilibus, oleis horū spiritibus & salibus po-
suerunt, cumq; his conati sunt intrinsecum
auri manifestare, at frustra, vt bene hunc in
finem à Theophr. refutantur in suo secret.
magic. de lapid. Philosophor. fol. 867. vbi
sic habet: *Unus dicit ars consistit in vino,
alter occultari eam in imperfectis corporibus,
in sanguine, Marchesitis, Mercurio, Sulphure,
in Vrina, auro, auripigmento, & vegetabili-
bus herbis, chelidonia, rorernarino &c. & e-
mmia sunt nequitia, quibus homines seducunt
& peccunia privant: stulte an non intelligis
res has nihil ad naturam conferre, vel vis esse
supra DEUM, quod ex sanguine vis genera-
re metallum, ergo fac etiam ex equo hominem,
& vacan ex mure. Et Rog. Baccon. specul.
Alchym. Theat. Chymic. fol. 4. pag. 379.
Quare admirandum est, quod aliquis prudens
suam fundat intentionem super animalia, si-
ve vegetabilia, qua valde remota sunt, cum
inve-*

inveniantur mineralia satis propinquā, nec credendum est omnino, quod aliquis Philosophorum posuerit artem in predictis, nisi similitudinarie.

Alij passivum hoc agens quæsiverunt in mediis mineralibus, ut in Marchesita, Tutia, Magnesia & similibus at itidem vānē cum ut bene ait Rhenan. lib. 2. pag. 126. ad Lapidem requiratur media substantia Mercurij, atqui hanc in se minora mineralia non in minoribus mineralibus habent ergo.

Quæsiverunt alijs hoc agens passivum in salibus, atramentis Boracibus & aluminibus, sed itidem frustra, cūm per aquas fortes, aut aliud corrosivum, corpora metallica Philosophicæ non calcinentur: aut non insolvantur, non obstante enim tali calcinatione & solutione, evaporatis illis corrosivis, iterum corpora ut prius erant reducuntur, absque omissione ponderis, coloris, fluxibilitate & ductibilitate aliisque requisitis essentialibus, & præsertim duo perfectiora metalla.

Tentaverunt alijs inquirere hoc solvens passivumque agens in sale roris Majalis, ipsoque aere, quem miris modis capiebant, & in sal reducebant, alijs accipiebant salia non fixa, vti est sal nitrum, sal

Lacis

Philos.

non in-

quirat-

tur in

minoris-

bus mi-

nerali-

bus.

Lapis

Philos.

non in-

quirat-

tur in

salibus:

etc.

Lapis

Philos.

nō que-

ratur

in aere

aut rore

Majali.

antimonij &c. Hæc aëri exponebant, arbitrantes hæc magnetica virtute attracturos sibi similem spiritum, quæ salia postmodum destillabant in spiritum, quem alferebant esse mercurium Philosophorum, & in oleum, quod sulphur appellabant phosphorum, sed nihil invenerunt, in rebus tam longe quæsitis.

*Lapis
Philos.
non in-
quirat-
tur in
oleis
metal-
licis.*

Alij prædictum solvens investigarunt in oleis maximè metallicis, at etiam contra intentionem & consilium Philosophorum, ut ad rem Theophrast. in auror. Philosopher. cap. 10. fol. 84. Non minus etiam caveri debent, omnia olea vitrioli, & antimonii, similiter omnia olea metallorum, tamen aur i quam argenti.

Hinc cadit opinio eorum qui putant lapidem confici posse ex auro & ejus mercurio, vel sale, cum enim actio fieri debeat inter qualitates contrarias, aurum autem & ejus mercurius, ambo sunt calidi, & inter pares non detur actio & reactio, aliunde duo mares non generent, ergo ex his implicat fieri *Lapidem Philosophorum*.

*Lapis
Sophor.
non fit
ex auro
& ejus
Mercurio
vel
sale.*

Somniarunt alij hoc solvens Mercurios esse metallorum imperfectorum, sed labore frustrati ignorantiam suam desleverunt, de his enim mercuriis sic decernunt

nunt Philosophi: quare sciendum est, quod Solvens Mercurius verorum alchymistarum, non est sive agès Mercurius corporis ex metallis, sed est omnium passivū ^{nō sunt} istorum principiū & radix. Adrop. Philo- ^{mercu-}
soph. Theat. chym. vol. 6. & solut. Philo- ^{rīj cor-}
soph. Theat chym. vol. 6. pag. 4. Nostrūz porūm.
argentum vivum nunquam in corpus perfe-
ctum obduruit. Sic Harmon. chym. David
Lagne. in Theat. chym. vol. 4. argentum
vivum elige quod non ex plumbo vel aliquo me-
tallo confectum sit per artificium &c.

Quare alii passivum hoc agens Mer-
curium vulgi esse statuerunt, sed & hi priori-
bus non peius erraverunt, quare scribit
tractat. de 2. mater. Theat. Chym vol 3.
Non sunt audiendi hī, qui putant mercurium passi-
vulgi semen esse metallorum, & ita corpus lo- ^{Mercu-}
loco seminis accipiunt, non considerantes, quod
& dictus mercurius vulgi suum in se habeat
semen. Et lapid. Physic. secret. Theat. Chy-
mic. vol. 4 cap. I. Argentum vivum esse
primam materiam, sive primum ens omnium
metallorum, apud Philosophos sat constat, sed
cave id existimes esse argentum vivum vulga-
re, quem lythargyrum quoque nominant, ar-
gentum vivum quidem est, sed non vul-
gare, vulgare enim mortuum est, & ad opus
Philosophorum minus aptum, sed vivum est
Philo-

*Philosophicum, hoc est arte coadjuvante natura
rite preparatum.*

Accesserunt propinquius alij, & agens
prædictum passivum Mercurium antimo-
*Mercu-*nij esse concluserunt, vt pote qui adhuc in-
*nus an-*nullum maleabile metallum transitum fe-
ti nonij cit, inducti à Basilio, qui scribens de Anti-
non est monio ait: quod is qui confectionem Mer-
*passi-*curij antimonij novit, non procul à meta-
vum a- sagitam suam volare fecerit. Verum quid-
gens. quid dicatur de Mercurio antimonij, & is
scatet suis superfluitatibus, tam essentiali-
bus quam accidentalibus, non minus ac o-
mnes Mercurij, quæ si non tollantur, arti
omnino est ineptus, quæ non totum Mer-
curium, sed medium ejusdem substantiam
requirit, quare excusamur ab ejus inquisi-
tione & laboriosa præparatione, cum præ-
manibus sit à natura fabricatus, qui facilius
tam essentialiter, quam accidentaliter pur-
gari ita potest, ut arti secure applicari pos-
fit, quod igitur per pauciora fieri potest, per
plura fieri non debet.

*In qui-
bus ars
non est
inveni-
ganda.* Monitos proinde generaliter vult ar-
tis inquisitores bonus ille vir Comes Ber-
nardus Trevisanus part. 2. pag. 116. vt non
inpendant labores suos in inquirendo utro-
que agente, in generibus cunctis vitriolorum,

aluminibus, atramentis, salibus, aere viridi, borace, sale nitro, tartaro arsenico, aur pigmento, tutia, sale armoniaco, Mercurio vulgi, alumine plumoso, calceviva, aquis fortibus, herbis, animalibus, eorumque partibus, ut capillis, sanguine, ovis, omnibus mineralibus, & metallis imperfectis, in Mercurio precipitato, sublimato, spiritibus fixis, croco martis, creuslo, zinaberi, sulphure vulgi, tinctura antimonii, in pars cum parte, augmentis, erosis metallorum & similium, & bene quidem, quia opus nostrum nil ingreditur, quam Mercurius de Mercurio, & Sulphur de Sulphure.

Conclindo itaque Mercurium vulgi (melior est virgineus, qui in Idria Carnioliae reperitur) & Mercurium antimonij, si quem non piget eundem investigare (qui paratur per salia resuscitativa, species remollientes & dividentes per putrefactionem, debitè enim putrefactione peracta, accipiatur parum de putrefacto pulvere, & fricitur moneta aurea, quam si dealbaverit, & conspecti fuerint granelli Mercurij, putrefactio rite est, & debitè peracta, & materia ad dandum mercurium habilitata) si tam essentialiter, quam accidentaliter, ut eorum habeatur media substantia (hic opus

Solvens-
tia sunt
Mercur-
rius
vulgi, et
anti-
monij.

opus hic labor) sint separati cum conservatione sui humidi radicalis & formæ currentis esse agens passivum.

Mercurius media substantia est solvens abundantia passivum.
Possem numerosissimis auctoritatibus paragaphi hujus sententiam corroborare, nisi brevitati studerem, sufficiet ad demonstrandam rei veritatem unam alteramve adducere *Adeptorum* auctoritatem, sic enim scribit Bernardus Trevisanus: differentiam esse ponendam inter argentum vivum crudum, quale venit de minera, & inter argentum vivum purum ac mundum, qui ex crudo mediante arte paratur, unum est argentum vivum naturæ, alterum artis, tamen ex naturali arte paratum & extractum. Et Princeps Philosopher. Geber: materia perfectionis non est argentum vivum quale est in natura sua, nec est ipsum totum, sed pars illius: fiat igitur electio purioris partis vel substantiae argenti vivi relicta & rejecta parte impuriore. Ad rem Theophrast. in tintetur. Physicor. cap. 4. fol. 924. artic. A. Et sic si sapis, quare ad opus tuum Leonem in oriente, & aquilam tuam in meridie, & non invenies meliora materialia ad opus tuum alibi, quam in Ungaria & Idria. Et mihi præ cæteris charissimus Philaeta, verus lapidis possessor, adhuc vivens, & ut fertur in affrica existens,

xistens, Tractat. 1. de metallor. Metamorphos. cap. 8. pag. 47. Norint itaque doctrinae Flij, materiam Mercurij vulgaris, Mercurij Philosophici materiam ingredi debere ac posse, quamlibet non totam que in isto conficitur substantiam. Idem Tractat. 3. Fons Chym. Philosoph. pag. 104. Mercurius enim vulgi est aqua, sed deest ei spiritus, & vis ignea ad urendum, supple si potes, quod deest summo cum artificio, tum non amplius erit Mercurius vulgi, sed similis nostro. Hinc jubent Philosophi Mercurio superflua demere & deficiente suplere. Et Tractat. de metallor. metamorphos. cap. 8 pag. 46. Operationes Mercurij Philosophici incansis suis non apprehendunt, incerti ea propter aliquid vice vulgaris Mercurij expetunt. Non autem norunt, in quo deficit Mercurius vulgi, ne sapientum sit verus, & tamen rei scirent. Pulchre arcan. Hermet. Philosoph. opus, pag. 230. Mercurium illum Philosophorum non esse argentum vivum in natura sua, nec in tota sua substantia, sed medium & purum esse essentiam, que ab illo originem sumpfit, & ab illo creata est, graviorum Philosophorum sententie ad stipulatur experientiu. Et Introit. apert. ad occlus. Reg. Palat. Tractat. 2. ad rubin. cælest. pag. 66. Ut ergo probe tandem

dem intelligas, qua sit aqua nostra, per circumstantias dico tibi (idque charitate commotus) quod sit viva, currens, clara, nitida, albissima instar nivis calida: Humidaque aerea, vaporosa & digerens. Et talis est revera forma ejus extrinseca, quam vidi, manibus feci, & adhuc ad demonstrandum possideo,

Finio Paragrophum hunc, cum Epistola Bernard. ad Thom. de Bonon. pag.

*Mercurius non
est alter-
randus.* 314. Errare illos summopere, qui putant ex Mercurio claram & transparentem aquam es- se extrabendam, qua cum se mira perpetrare posse confidunt, posito enim educi posse, talem aquam, ea tamen operi nostro est iniurilis: nam quam primum Mercurius a natura sua exutus ab opere Philosophico excluditur, nam sfermatica seminis sui, & metallica natura est exutus, ac proinde humido suo spoliatus, operi consequenter redditur inhabilis. Ac proinde ut ad initium huius Paragraphi dixi, ante & in ipsa essentiali & accidentaliter sua purgatione, forma ejus currens non debet corrumphi, sed omni studio conservari, & hoc quoad viam sicciam: humida legatur, apud Basilium & ejus sectatorem Joannem de Monte Snyders in metamorphes. Iua Planetarum, & Elementis magicis, Praecurs. Eliæ Antist. &c. & hoc de agente passivo

Minor est difficultas in inveniendo a
gente propinquo activo, tamen & hic suā
non caret controversiā, cum aliqui agenti
passivo addi debere ad opus *lapidis* animam
auri contendant: verū ruit controver-
siae basis, si ostendatur implicare talem ab
auro animæ extractionem, vt pulchrè Ar-
can. Hermetic. Philo. opus pag. 222. Circa
autem extrahenda ab auro tinctoria tota phi-
losophantium plebs insudat, & graviter tor-
quetur, credunt enim illi tinctoriam à sole se-
parari, & separatam virtute augeri posse.
Verum:

*Spes tandem agriculas vanis eludit ari-
stocraticis.*

Et Sendivog. in Præfation. licet repe-
riantur quidam maleferiati, qui aut ex invi-
dia, aut malitia, aut metu detectionis impo-
sturatum suarum clamuerint auro suam ani-
mam posse extrahi, ac pomposā & vanā osten-
sationis delusione, alieno reddi corpori, non
sine temporis, laborum, ac sumptuum iactu-
ra & detimento: sciant pro certo Hermetus *Anima*
Filij, ejusmodi animarum ut loquuntur frue *auri ne-*
ab auro, frue a luna (quācumque via vulgari *quit ex-*
alchymistarum) extractionem, meram esse vulgari *trahi*
persuasionem, quod quidem à multis non cre- *chymi-*
ditur, sed tandem per experientiam & so- *cō mo-*
dum lam dō

*iam veritatis magistrum cum danno verifi-
catur.*

Similes itaque animæ vel tincturæ ab auro extractiones, sunt solùm auri rarefactiones, tales enim tincturæ rufus igne fusionis in corpus aureum & maleabile fundi poslunt. Et licet in tali per menstrua extractione aurum album remaneat forinsecus, si illud tamen per antimonium fundatur, intrinsecus color educitur & pristinum colorem aurum reacquirit, neque plus ut talis extracta tinctura ponderat tingere valet, vt ex scriptis Philosophorum abunde patet.

Aurum vulgi est ptis aurum vulgi esse agens propinquum non verò proximum ad *Lapidem Philosophorum*, sic enim in Rosar. legitur: *Res non pinqua* sūnt nec secundum naturas eorum, *ut homo lapid.* *de homine, & leo de leone.* Et Introit. apert. ad occlus. Reg. Palat. pag. 46. *Quare aurum nostrum est lapidis nostri materia proxima, aurum vulgi propinqua.* Aurum ergo vt in claris non dimorer est principium aurificandi sicut ignis significandi.

*Mercu-
rius es-
sentia-* Positò ergo Mercuriò pro solvente & agente passivo, maxima est difficultas per præviam essentiale & accidentale purgationem

gationem ejus obtinere medium substan- liter &
accidē-
taliter
pmrgan-
dus.
 tiām , quam adire non licet , nisi remotis omnibus superfluitatibus Mercurij : at ignis valde intenſus requiritur , qui potens fit , huic allato juveni pennas suās comburere , ostendam ignem in Flamello , in suis figuris Hieroglyphic. pag. 21. In principio erat pīctus juvenis pedibus allatus cum caduceo , quo percutiebat capsidem suam ferream . Cæterum inquiratur , in Introit. apert. ad occlus. Reg. Palat. in hermetic. Philosoph. oper. in Metamorphes. planet. Joan. de Monte Snyder. Alexand. Suchben. tractat. de Antimon. Joan. Francisc. Mirandul. In cognito Philosoph. de inquirendo & inveniendo lapide Philosoph. Aurei Veller. lib. I. Theat. chym. vol. 5. Frat. Basil. Vallent. Præcurs. El. Antist. Philosoph. Specul. in Theat. Chym. vol. 1. Incert. Anth. & Alchym. vol. 3. Theat. Chym. Bernard. Trevisam. Epistol. ad Thom. de Bonon. Inſtruct. de arbor. solar. Theat. Chym. vol. 6. Sendignog. Rosar. magn. in Turb. Mayer. aliisque adeptis , bonisque authoribus .

Et ut candidè loquar , relego lectorem ad Introit. apert. ad occlus. reg. palat. cap. 6. quod ſic habet : dicam itaq. sulphur exterrim comburens adharere pertinaciter chao

nostro , quod juvenis allatus horret ac fugit ,
est hic tibi Diana propitia , qua feras domare
novit , cuius bina columba aëris malignitatem
contemporabunt , quod perporos facile ingredi-
tur adolescens concutit statim peroledos nubem
tetricam suscitat , lucem a tenebris separa se-
ptima vice eritque hac creatio Mercurii So-
phica completa .

Diana
quid.

Diana quadrupliciter consideratur ,
nam primo Diana est Balneantium Dea . Se-
cundo consideratur Diana ut est Venato-
rum Dea . Tertio Diana in cælo est luna .
Quartò Diana apud inferos est proferpina
ad eandem praxim legatur præcitati auctor .
cap . 6 . Hic est infans hermaphroditus à pri-
mis suis incunabulis per canem rabidum mor-
sus , unde hydrophobus aquam horret : sunt
tamen in sylva Diana bina columba , que ra-
biem suam insanam mulcent , tum ne hydro-
phobia recidivam patiatur , aquis submergas ,
in ijsque pereat , quarum impatiens nigricans
canis rabidus ad aquarum superficiem ferè suf-
focatus ascendit , tu imbre ac verberibus il-
lum fuga ac procul arce , sic tenebrae dispare-
bunt fulgente lunâ in suo plenilunio , pennas
superpita , & avol abit aquila , itera hoc sep-
ties , tum tandem requiem adeptus es , nisi
quod decoctio nuda tibi incumbat .

Pnr-

Purgatō essentialiter & accidentaliter *Mercu-*
Mercuriō tanquam agente passivō, eoque rius
excalefactō, quam excalefactionem studio- purga-
sē & necessariō faciendam innuunt philo- tūs ex-
phi cūm scribunt: Similiter argentum vi- calefa-
vum, est omnium metallorum materia, quod ciendus.
cum sit frigidissimum potest reddi calidissimum
bravi temporis spatiō artis ingenio. Rosar.
magn. in turb. pag. 38. Et arcan. Hermet.
Philosoph. op. pag. 220. Spiritualis tamen
amor virginem non polluit: potuit itaq; Beia
citra crimen, ante fidem datam Gabritio, amo-
rem contraxisse spiritualem, quō alacrior cali-
dior, & rebus conjugij aptior fieret. Utque
brevis sim idem pag. 222. Sulphure tamen
invisibili prius impregnari debet, ut visibili
perfectorum corporum tincturā largius infi-
ciatur eamque multo cum senore rependat.
Essentialiter itaque & accidentaliter purga-
tus & excalefactus Mercurius ad peragen-
dam solutionem habilitatus est, differtque
his numeris à Mercurio vulgari.

In primis est summē expurgatus & ex-
calefactus, currens quidem, sed cursu len-
tiori, ponderosus, micans & resplendens
instar speculi. *Mercu-*
rij So-
pbici &
vulgaris

II. Nullā arte aliqua nigredo ab ipso
 separari potest, cūmque destillatur nullas

sæces post se relinquit.

III. Positus super argentum calidum illud deaurat, cum è contra Mercurius venalis illud denigret.

VI. Permittit se absque additione alicuius rei in argento in cupella remanens figere.

V. Mercurius vulgo venalis aurum & argento non solvit, nequè se ita cum illis commiscet, quin ab ipsis separari possit, hic verò Mercurius aurum & argento solvit, & cum illis ita miscetur, ut nunquam ab illis separari possit, cùm semel mixtio facta est, sicut aqua commixta aquæ nullò modò separari potest.

VI. Mercurius vulgi habet in se sulphur atrum pessimum & combustibile, hic verò sulphur incombustibile fixum & ruberrimum continet.

VII. Mercurius vulgi est frigidus & humidus, hic verò calidus & humidus.

VIII. Mercurius vulgi corpora metallica denigrat, hic verò deaurat & dealbat.

IX. Quantò plus Mercurius vulgi coquitur, tantò fit volatilior, hic verò quo plus coquitur eò fit spissior & fixior.

X. Vis non obscurò discrimine Mercurium plebeium à Philosophico secernere?

misce

misce aurum cum Mercurio vivo vulgi,
 illis ignem subjice vehementiorem , illico
 videbis aurō subsidente vivum mercurium
 evolare : Philosophico mercurio & auro
 per eum soluto ignem submitte , ut prius ,
 tunc manifertè videbis solutum corpus a-
 deò concordi & arctò tomplexu cum cor-
 pore connecti , vt ambo vel simul abeant ,
 vel simul maneant.

Quandò itaque Mercurius hæc susti-
nuerit examina , erit ille Mercurius quem
describit Sendigvog. in Dialag. inter Mer-
curium artistam & naturam , in suo novo
lumin. Chymic. Scito quod est mihi unus
tantum talis filius , unus ex septem est , & pri-
mus est , ipse quoque omnia est , qui unus tan-
tum erat , & numerus ejus integer est , in illo
sunt quatuor elementa , qui tamen elementum
non est , spiritus est qui tamen corpus est , vir
est & tamen vices famina agit , puer est & ta-
men arma viri gerit , animal est & tamen alas
avis habet , venenum est & tamen leprum
curat , vita est & tamen omnia occidit , Rex
est & alter tamen possidet ejus regnum , fugit
ab igne & tamen ex ipso paratur ignis , aqua
est & non madefacit , terra est & tamen se-
minatur , aer est & vivit aqua . De quo sic
concludit Philaleta Tractat. 2. brevis Ma-

Mercu-
 curij
 Sophict
 descrip-
 tio.

reduct. ad rubin. Cælest. pag. 65. & 66.
Tandem itaque Mercurius noster, non est Mercurius vulgi, est enim aqua pura, mun- da, clara, nitida, & resplendeus, plurimâq; admiratione digna, cruda est, frigida & im- matura si ad solem comparetur: matura ve- rò calida digestaque respectu Mercurij vulgaris qui nullas habet huic similes qualitates, exce- ptô solo albedinis colore fluxusque sui forma, in quibus tamen ipsis per magna differentia.

**Dubiū
de oero
Mercurio So-
phico.**

At Diceſ. Sendivogius ait, si habetis rem, in aqua aurum sicut glacies in aqua calida solvitur, inveniſtis rem ex qua natu- raliter aurum crescit: & Philosophi semi- nandum esse aurum in terram albam folia- tam, atqui in Mercurio eō modō, ut docu- iſti paratō aurum non solvitur ut glacies in aqua tepida, neq; est terra alba foliata, quæ ſiccām quandam ſpeciē ſignificare videtur, ergo Mercurius hic tuus non erit Mercurius Philosophorum, ad quod reſpondeo: & inci- piendo à membro 2. reſpondeo 1. certum eſſe per terrā foliatam nihil aliud debere in- telligi, quām Mercurium noſtrum, hoc enim opus nūl ingreditur, quām Mercurius noster, & aurum. Hinc ait Philaleta: *Conſiderārunt item, quod, ex quo verum eſſet aurum pri- mūm, adhuc volatile existens, quid ni eſſet a-*

gero

ger , in quo satus sol virtute augeretur. Ha-
bet igitur se Mercurius noster respectu auri,
tanquam terra bona respectu fermentis , &
ita non video rationem , cur Mercurius no-
ster non possit vocari terra alba foliata. Re-
spondeo 2. Terram albam foliatam vocari
propriè tincturam albam , cui si addatur
Mercurius noster progredi potest ex coctio-
ne majori cum fænore ad sulphur rubeum
Philosophorum , de quo videatur Philaleta.
Hinc bene quid sit terra foliata explicat ,
arcan. Hermetic. Philosoph. opus , dicen-
do : *Nigro colori succedit albus , in quo da-
tur primi gradus & sulphuris albi perfectio.*
*Hic lapis vocatur benedictus , hec terra est alba
foliata , in qua Philosophi aurum seminant ,*
Ad membrum secundum itidem respon-
deo : sicut enim glacies & aqua sunt ho-
mogeneæ naturæ , ita Mercurius noster &
aurum , est homogeneum : sicut glacies
resolvitur non ab omni aqua , sed ab aqua
calida , ita aurum non à quovis solvitur
Mercurio , sed ab eo , qui igne & sulphure suo
per artificium nostrum est imprægnarus . ,
& sicut aqua calida per calorem , quem ab
igne recipit , redditur apta & potens ad gla-
ciem dissolvendam , sic mercurius per addi-
tum sibi sulphur redditur habilis ad dissol-
vendum.

véndum. Non tamen tam citò aurum in mercurio nostro solvitur , sicut glacies in aqua tepida. Ubi enim quis vidit unquam , naturam tam citò peragere solutionem aliquius rei , quam citò glacies in aqua tepida solvitur.

Agedum consideremus parùm vegetabilia , nonnè dum semen lactucæ in terram projicitur , antequam germinet , prius solvi in terra ab humore sibi connaturali debet ? hæc tamen solutio , quam natura sola peragit , nonnè aliquot dierum spatiò peragitur ? nonnè semina arborum ut potè durioris compagis quam herbæ sunt , septimanas integras ad sui solutionem requirunt ? si igitur in vegetabilibus natura lentò procedit passu in illorum solutione , quid quælo dicendum sit , de mineralibus , & vel maximè de auro , cuius elementa omnia sunt perfectè anatizata ? Utrum hoc (cùm herbæ dies , arbores septimanas ad sui solutionem exposcunt) non menses integros requiret ? Hinc etiam docent omnes Philosophi : primò quod post conjunctiō nem mercurij cum auro primò incipiat fæmina agere in virum , ipsum dissolvendo . Secundò quod signum solutionis perfectè sit intensa nigredo : Nigredinem autem hanc

hanc non statim appare, sed post longum tempus. Non igitur aurum in mercurio (si tempus spectetur) tam citò solvit, uti glacies in aqua tepida, quo ad sui solutionem, sed tempus non exiguum requiritur, ut perfecta compleatur tam solidi corporis solutio.

Quæ rerum profecto omnium in ma-
gisterio, maximè in opere, primò, est diffi-
cilima ut testantur abundè Philosophi, qui
ejus difficultatem opere & experientia sunt
experti, solum duos in testimonium addu-
co, sic enim scribit Præcurs. El. artist. cap.
2. Docent itaq; quidam ipsum cum argento
vivo, magnò artis studio elaborato commisce-
re, eō namq; modō, nec aliō quōpiam exaltari
potest ultra perfectionem suam naturalem,
sed hoc non pervenit, nisi ad artificem soler-
tissimi ingenij. Et Introit. apert. ad occlus.
Reg. Palat. tractat. 1. de Metallor. Meta-
morphes pag. 41. Aurum puta omnium
corporum solidissimum, fixissimum, & fortis-
sima compositionis, ignis patientissimum, &
corruptioni minimè obnoxium, non ita facilè
in naturam huic sue adeò contrariam transit.

Agens activum quod aurum esse sta- *Aurum*
tuimus per antimonium purgetur, nam ut *antimo-*
aiunt saturnia regn. paragroph. 30. Masch- *nio pur-*
le gandū.

lo stibii lavacrum esse parandum. Vulcanus enim, ut Poëtæ fabulantur phœbum in stibio lavare solebat. Praxis clara excipiatur ex I.clavi. Basil. valent.

Traxis De puratis agentibus, invicem debito ponderis pondere amalgamari, & amalgama, depurari, ovo includi, Hermetice sigillari & ad *furnum* furnum Philosophorum ad gradum ignis locatio-notum locari debent.

Solvere & *calcinare idem.* Corporibus ita impositis hæc solvuntur sive calimantur, solvere enim & calcinare idem est Philosophis ut constat litteratis.

Solutio-nis effe-ctus. Cujus solutionis officium est, manifestum occultare, & occultum manifestare ut ad rem philateta tractat. I. de Metallorum metamorphes. cap. 5. pag. 20. *Sciant ergo omnes artis filij, quod ad arcanum nostrum consequendum, opus sit auri semen occultissimum manifestare, quod non fit, nisi per plenariam ac omnitudinem fixi volatilisationem, ac proinde forme istius corruptionem.* In hac igitur prima solutione, volatisatur fixum & volatile figitur.

Calcina-tionis si-gnum. Calcinationis huius signum innuit: Harmon.chemic.David.Lagn.theat.chym. vol. 4. pag. 747. *corpora nigra facta ut carbo, sunt secretum nostræ vera dissolutionis.*

Quo

Quo totò calcinationis tempore do- *Calci-*
minatur Mercurius ut bene lil. de spin. E- *nationi*
vulf. theat. chym. vol. 4. pag. 903. ecce *domi-*
clavem operis vobis notificavi, & intimavi, *natur-*
quamdiu enim nigredo durat dominatur fa- *Fami-*
mina. Et Harmon. Chym. David. Lagn. *na.*
Theat. Chym. Vol. 4. pag. 724. quamdiu
apparet nigredo obscura dominatur famina.

Variis nominibus hoc compositum *Varia*
 in solutione existens nominarunt Philoso- *nominata*
 phi, nempē plumbum, nam plumbum ex- *compo-*
 terius est frigidum interius calidum : com- *siti Phi-*
 positum hoc ratione sui Mercurii frigidum *losopbi-*
 est, & calidum respectu sulphuris latentis. *ci.*
 Mundum ratione quatuor elementorum,
 sicci calidi, frigidi & humidi hinc Virg. lib.
 6. Æneid.

Quatror hic primum migrantes terga
juvencos.

Draconem apud Flamellum, mino-
 taurum apud Virg. lib. 6. Æneid.

Hic crudelis amor tauri suppostaque far-
to.

Pasiaphe, mixtumque genus prolesque bi-
formis.

Minotaurus adest veneris monumenta
nefanda.

Chaos in quo sunt omnia confusa ni-
gredo,

gredo, tenebrae &c. ut apud Virgilium
citato lib.

*Spelunca alta fuit, vastaque, immanis
hiatus,*

*Scrupea, tota lacu nigro nemorumque
tenebris*

*Quam super hanc vlla poterant, impu-
ne volantes.*

*Tendere iter pennis, talis se se halitu a-
tris*

*Faucibus effundens supera ad convexa
ferebat.*

De hoc composito extat fabula in O-
vidio Metamorphet. de senevolenti reju-
venescere, quem Medea docuit, omnia sua
membra anotomyia dividi, & decoqui in a-
qua usque ad perfectam decoctionem, &
non ultra, & tunc omnia membra in suis
locis conglutinentur, & esset factus ju-
venis.

*Tres co-
lores in
opere
princi-
pales.* *Quô tempore colorum incipit domi-
nium, quorum tres Principales, quos ut po-
te necessarios observare est artistæ, statuere
Philosophi, nigrum, album & rubeum, de
quibus ut potè necessariis, eorum principio
medio, fine atque effectu, cum pleni sint
Philosophorum libri tacere censui.*

*Eadem ratione librorum Philosopho-
rum*

rum ductus , typo non edo putrefactionis & Regimi-
nigredinis dominium , saturni aliorumque na Pla-
planetarum , & quanto hi tempore domi- uetarū.
nentur , suumque finiant dominium .

Plurimas operationes ad decipiendos indoctos , in excoquendo & elaborando il-
lorum composito , ad invenerunt Philoso- Res una
phi , ut potè , solutiones , calcinationes , de- opera-
stillationes , ingressiones , submersiones , tiones
conjunctiones septenæ , dealbationes , varia .
quibus docent caput corvi dealbare , & ni-
gredinem à composito tollere , cerationes
cibationes &c. quæ legentes indocti in va-
rias operationes deviarunt . Sciant proinde
cum senioribus omnibus Philosophis & a-
xiomat. Philosoph. in Theat. Chymic. Vol.
2. pag. 123. regimen excoctionis esse lineare ,
vas non
omnia hæc in vase quod usque ad fi-
nem operis aperire vetant Philosophi , est ape-
tingere , fierique , & unum opus & opera- riendū.
tionem esse , ita enim præcitatus auctor ;
Et scias quod Philosophi multa capita fecerunt
de lapide & sublimatione , distillatione , separa-
tione , putrefactione , ablutione , incratione ,
calcinatione , que omnia sunt una . Et satur.
reg. Paragraph. 64. Ros ille Mercurialis per
externum calorem agitatus , ascendit & de-
scendit , sicutque per obliquam hanc revolutio-
nem ,

mem, tam sublimationes quam imbibitiones, cobobationes, irrorationes, præcipitationes, elementorum separations, digestiones &c. de quibus Philosophi peculiaria, quibus Sophista decipiuntur capita tradiderunt.

Jovis regimē quando. Terminata nigredine, in pulverem nigrum discontinuum unctuosum, cùm incipit ad latera vasis compositum dealbari, Saturno succedit in regimine Jupiter, juxta id Virgil. lib. 6. Æneid.

Jupiter & rebus mox abstulit atra colorē.

Regimē lunae quando. Cujus regimine finitō, succedit regimen lunæ, sub cuius regiminis fine, compositum manet albissimum, & resplendens, teste Gebro in Theat. Chym vol. 3. pag. 31. *Tum Mercurius erit factus lapis pellucidus instar Chrystalli.* Et Raymund. Lull. eod. theat. Chym. vol. 4. cap. 5. pag. 18. *Et ideo, quando corpus ejus transfruit de morte ad uitam, purum est, mundum, album & clarum resplendens in subtilitate magna.*

Sulphur album Philosopborū. Et tunc habetur verum Sulph. album Philosophorum viā longiori quæsitum, & materia proximā lapidis & tincturæ albæ Philosophorum, siue in hujus Sulphuris albi decoctione pereixeris, quo adusque rubefcat, habebis Sulphur flavum & rubeum Phi-

Philosophorum, materiam proximam lapidis rubri Philosophorum longiori via quæsitum.

Brevior eorum modus queratur in Sulphur philaleta & vulcano, sat est monstrasse viā, ^{utrumq;} sic enim circa eorum investigationem breviori via decernunt Philosophi, & in primis Michaël Mayer, in Symbol. aur. mens. pag. 165. *Dividite vestrum lapidem in duas partes, vestigantes equaliter, unam pro rubro, alteram pro albo, ad tenendum utrumq; pro vestro commendo.* Et Arcan. Hermetic. Philoloph. opus: *Quartus color rubens sive sanguineus, ab albo, solo igne extrahitur.* Ita Introit. apert. ad occluſ. reg. palat. cap. 19. pag. 50. quia sol noster est ex Mercurio nostro & pag. 53. *Quapropter si artem nostris, extrahe solem nostrum ex Mercurio nostro, tum ex una re opus perficies, quod crede mihi, omni perfectione mundana est perfectius,* juxta Philosophum: *si ex Mercurio solo, inquit, opus poteris perficere, præciosissimi utiq; operis indagator eris.* In hoc opere nulla sunt superfluitates: at totum per DEUM viventem in puritatem conuersum est, quia actio fit in uno solo. Deniq; pag. 54. *Sulphur ergo nostrum omnibus cum viribus quere, quod crede mihi, in Mercurio nostro colliges, si te fata vocant.*

Sulphurum perfectio quando.

Quorum perfectionem & bonitatem Philosophi in his posuerunt signis, si fuerit album vel rubeum optimum, mundum cum rubore clarum, in se habens vim igne-
itatis simplicis non urentis, illud est res op-
tima quam accipere possunt operantes al-
chymiam, ut ex ea faciant aurum. Sic tra-
stat. 5. Rosar. abbreviat. Theat. Chymic.
vol. 2. pag. 691. *In igne perseverans, ita ut
ab igne nunquam corrumpatur.* Hinc Philo-
sophi. satisfecrunt sapientes hominibus,
qui dixerunt, Sulphur nostrum non est sul-
phur vulgi, quia sulphur vulgi comburitur.

*Lapidis
Philoso-
phorum
confe-
ctio.*

Habitò Sulphure albò quācunque viâ
quæfito, idem sentiendum de sulphure ru-
beo, capiatur in hac via sicca, hujus pars I.
& Mercurij essentialiter & accidentaliter
purgati partes duæ (consentient cum Phi-
laleta cuncti in hoc pondere Philosophi)
misceantur & super marmor terendo incor-
porentur, deinde acetô & sale armoniacô
laventur, usque dum omnes nigras fæces
depositerint, acrimonia salis, aquâ fontanâ
abluatur, ex siccentur super chartam hinc
inde apice cultri revolvendo, imponantur
ovo, quo usque transactis omnibus colori-
bus generetur filius solis, sive lapis Philo-
sophorum juxta genus sui sulphuris.

Eft

Est igitur lapis Philosophorum aurum
solummodo digestum in supremum gra-
dum puritatis, & subtilis fixitatis, ad quem
per naturam sagax que artificium potest de-
duci.

*Lapis
Philoso-
phorum
quid.*

Nomenclaturam, substantiam & esse
lapidis Philosophorum, depinxerunt anti-
qui sub fabula *Spinge*, quæ erat monstrum,
habens faciem Virginis, pennas avis, &
pedes Leonis, hoc monstrum omnes devo-
rabat, sibi hanc quæstionem non resolven-
tes, quid nempè sit animal bipes, idemq;
tripes & quadrupes, quam quæstionem Oe-
dipus solvisse dicitur hoc modo : esse nem-
pe infantem hominis, qui dum infans est,
quatuor graditur, duabus nempè manibus,
totidemque pedibus, vir pedibus duobus,
& senex duobus pedibus & baculo. *Spinge*
Lapis est Philosophorum, qui componitur
ex fulphure & Mercurio Philosophorum,
quæ est ejus infantia, & postquam est per-
fectus & senior auro fermentatur, & tunc
constat ex tribus, auro, Mercurio & fulphu-
re Philosophorum, quod est lapidis senium,
quatuor sunt ejusdem quatuor elementa,
calidum, ficum, frigidum & humidum.
Constat ex corpore, anima & spiritu, & est
tripes, habet in se quatuor elementa, & tunc
est quadrupes.

*Figura
Lapid.
Phi-
lo-
soph.*

*Lapidis
Philoso-
phorum
in me-
dicina
virtus
univer-
salis.*

Perfectus itaque ut dictum lapis Philosophorum est cunctorum morborum bellator accerimus, id quod medice in tuo Preservativo Universal. Naturali negas, cum scribis Articulo V. Dixi: Preservativum Universale, splendidus & nimis arrogans fateor hic est Titulus, & putabunt multi, me ex via universalis illa Philosophica magni lapidis, aliquod hic loci allaturum arcanum: at, si quod simile datur, dubito & dubitavi semper, non levirationi innixus, an tantopere decantatu satis faciat promissis, universis morbis tam preservatoriam, quam curatoriam opem ferendi.

*Lapis
Philoso-
phorum
omni-
bus om-
nino
mede-
tur
morbis.*

Verum quod opinione tua falleris ostendam in primis ex Theophrasto qui ait secret suo magic. de lapid. Philosoph. part. 2. pag. 280. hoc modo: Deus homini altum aliquid universale concessit, in quo non tantum unius elementi, sed omnium elementorum virtutes, & quinta essentia machina mundi sepulta jacet, ut nihil altius in rerum natura ad salutem humano corpori reperiri valeat, nihilq. humano corpori est assimilis, quam dictus lapis, hoc enim sumptu sumitur quinta essentia, & totus regeneratur novus mundus, nam hominem suā regeneratā virtute restaurat, confractum renovat, superflu-

um consumit, & defectuosum suplet, deniq^z
 totum microcosmum in debitam temperatu-
 ram reponit, atq^z in hoc conservat usq^z ad ter-
 minum vita à Deo deputatum. Hinc Har-
 mon. Chymic. David: Lagn. in Theat. Chy-
 mic. vol. 4. pag. 788. Habet virtutem effi-
 ciam, super omnes alias medicorum medi-
 cinas, omnem sanandi infirmitatem, tam in
 calidis quam frigidis aegritudinibus, eò quod
 sit occulta & subtilis natura. Et Arcan. Phi-
 losoph. in Theat. Chym. vol. 4 pag. 555.
 Quemadmodum illustris ille comes Bernardus,
 sua experientia luculenter testatus est, cum
 tot difficiles ac deploratos morbos curaverit,
 quod longum esset recensere, cum ipsem illi
 referat, quod podagricos, pestiferos, Epilepti-
 cos, paraliticos, calculosos, hydropicos, Pthy-
 sicos, maniacos, phreniticos, suspendo ac ra-
 rissimō modō sanārit. Non minus Theo-
 phraustus, de quo Epitaph. Salisburgi in No-
 socomio ad S. Sebastianum ad templi mu-
 rum erectum spectatur, hāc inscriptione:
*Conditur hic Philippus Theophrastus, insignis
 Medicinae Doctor, qui dira illa vulcera lepram,
 podagram, hydropesim, aliaq^z insanabilia cor-
 poris contagia mirificā arte sustulit, ac bona
 sua in pauperes distribuenda collocandaq^z ho-
 noravit, Anno 1541. die 24. Septembris, vi-*

tam cum morte mutavit. Et Bernard. Trevisan. de se ipso in explicat. 4. part. pag. 416. *Lapis Philosophorum sanat omnes morbos cuiuscunq; sunt generis vel speciei, ut ipse expertus sum, in multis leprosis, pestiferis, Epilepticis, hydropicis, hæticis, areheticis, phtysicis, colicis, lientoriciis, melanchonicis, disenteriacis, asthmaticis, stultis, moniacis, omnifebre, paralyticis, apoplecticis, Iliacis, igne sacro, & in qualicunq; infirmitate, ut ipsem expertus sum, neq; credidissim, nisi ipse vidisset & curâssem.* Qua de re ait Rosin. *Hac medicina est etiam oculorum optima sanatrix, nam omnem fluxum lacrymarum stringit, attenuat, ruborem depellit. pellem vel tunicam delendo mollificat, granum, tela, albingo, cornu, unguia cataracta, inversio palpebrarum, astus, tenebra, ac oculorum inflatura.* Hac omnia per medicinam banc Philosophorum sanantur. Item sanantur etiam per eam, omnia genera apostematum, vulcera, vulnera, cancer, fistula, noli me tangere, antbrates, serpiginos, impetigines, scabies, pruriens, & quidquid in numerabilium horum est, atq; non solum morbos omnes repellit, sed etiam senes rejuvenescit, ut habetur in Harmon. Chymic. David Lagn. Theat. vol. 4. pag. 789. Si de elicire nostro omni die usq; ad

*septem dies sumpseris pondus chorobiarum,
capili tui cani de capite tuo cadent, & rena-
scuntur nigri, & ita de senefies juvenis, & for-
tis, ratio est, quia lapis Philosophorum nihil est
aliud quam purus ignis, frue calor naturalis.*

Ita legimus hujus medicinæ usu Præs-
byterum senem juventuti fuisse restitutum,
de quo hoc exstat Epitaphium.

*Hic jacet Decanus edentulus & annos,
nunc rur sit dentescit, nigrescit & hic requiescit.*

Sterilitatem quoque lapis hic Philoso-
phicus fugat, ut legitur in Harmon. Chem.
David. Lagn. Theat. Chym. vol. 4. pag.
796. Sic Septuagenorius luxuriat, eaq; facit,
qua juvenis 40. annorum.

Et hæc sufficient ad tui sociorumque
tuorum incredulitatem prosterrandam.

Cæterum *lapis Philosophorum* ut est in-
finite multiplicabilis, ita etiam infinite tin-
git, utrumque patet ex Philosophis, sic
enim scribit Laurent. Vent. de lapid. Philos.
in Theat. Chym. vol. 2. pag. 308. *Quia o-*
nitum
nnino medicina Philosophica in infinitum est
multiplicabilis. Et Respons. ad Aubert. eod.
Theat. Chym. vol. 2. pag. 175. *Tunc Sal-
mandram suam solutionibus & coagulationi-
bus reiteratis in virtute augent, & cum novo
fermento in virtute & quantitate, idque*
ioub

in infinitum similiter axiomat. Philosoph.
Dives est ille qui particulam habet nostri eli-
ctoris, quia potest augeri in infinitum, si dissol-
vas nostrum pulverem siccum, & facias horum
frequentem coagulationem. Et Idea perfect.
Philosoph. Hermet. in Theat. Chym. vol.
6. pag. 150. *Ubi obseruandum quod divinus*
lapis Philosophorum in qualibet multiplicatio-
ne, sive albus sive ruber ille fuerit, aquirit
sibi deculpam virtutem maiorem, quam habe-
bat ante multiplicationem, adeo ut si primâ
vice unum pondus ipsius convertisset centum
pondera meralli imperfetti in argentum vel
aurum, secundâ vice unum pondus convertet
mille, Tertiâ vice decem millia, & quar-
tâ vice centum millia, & sic procedendo in in-
finitum.

Et ita quidem ut si mare esset Merku-
 rius posset totum tingi in aurum, neque in
 hoc ulla est implicantia: nam si tota terre
 machina esset pulvis pyrius, ipsique scin-
 tillâ ignea admoveretur, tota conciperet
 ignem. Vel si esset homo tam altus & va-
 stus, ut est terrarum orbis, & à serpente im-
 perceptibili ferè punctura laceretur, non
 ne toto vasto corpori, venenô palanti bre-
 vi temporis intervallô inficeretur. Quare
 ad tantam perfectionem aliqua tinctura re-
 duci

duci non posset, ut semper & semper magis & magis tingeret, si semper additione sui principij intensive intenderetur.

Prisquam autem super metalla pro*Lapis* iiciatur fermentari debet, de qua sicut & ante multiplicatione cum pleni sint Philosophorum libri hic sistendum.

Ita quoq; metalla ante projectionem purganda esse suadent Philosophi, ut tintura eo facilius in ea operari possit.

Purgatur autem saturnus si in minimum reducatur & sal, quod sal facile in corpus mundum abit. Jovem non est purgare necesse cum Anglicus sat sit bonus. Mars vero cum sit difficultis fusionis raro ad projectionem adoperatur. Venus purgatur dealbatione absque tamen arsenico. Mercurius tio. fale & aceto aliquoties lotus.

Projectio lapidis super metalla purgata ut est saturnus, Jupiter & venus fieri debet, juxta doctrinam Introit. apert. ad oper. Me celus reg. palat. cap. 34. pag. 77. & aliorum Philosophorum clare de hac tractantium.

Consulo id. solūm ex Isac. Holcand. fidat. oper. mineral. in theat. Chym. vol. 3. pag. 360. ut tintura alba non projiciatur nisi super Jovem Anglicum, ratio est: quia Jupiter metallum proximum est lunæ, cum alba sit super

Jovem enim Jupiter crudum & incoctum est cor-
anglicū. pus, & lapis nihil aliud facere habet, quam
 jovem percoquere, facile inde projectio &
 brevissime peragitur, cum enim cætera
 metalla immundiora sunt ipso Jove proje-
 ctio non sit tam alta & lucrosa, maximè
 cum proicitur lapis albus ad alia metalla
 diutius cum iisdem in igne fluere debet.

Proje-
ctio sup.
Mercu-
rium ut
fiat.

Super Mercurium aceto & sale lotum
 projectionem docet Bernard. in declarat.
 quart. part. pag. 207. quod nempe Mercurii
 partes centum in tigillo debeant calefie-
 ri quo usque stipulam sicciam in ipso intin-
 etam coiburant, & super has debeat pro-
 iuci lapidis pars vna, atque totus Mercurius
 convertetur in elixir tingens friabile, de hoc
 sumi debet rursus pars una, & proici ut suprà
 doctum suprà centum partes Mercurij cale-
 facti atque haec 100. partes rursus in elixir
 transmutabuntur, de quo si proiectiatur pars
 vna supra centum partes Mercurii calefacti
 totus Mercurius in aurum vel argentum
 juxta speciem lapidis transmutabitur.

Mercu-
rius
absque
tinctu-
ra Phi-
losophi-

Hinc quæres primo, utrum Mercurius
 cum & emolumento absque tinctura
 Philosophorum figi possit.

Ad quod respondeo primo, esse quol-
 dem qui eundem variis modis solent figere

&

& coagulare, verum solet semper jusculum *ea cum*
carnis excedere prætium, & absolute lu- *jactura*
crum principe dignum ex similibus opera- *figitur.*
tionibus non resultabit. Respondeo pro-
inde secundo, Mercurium absque tinctura
alba vel rubea, cum emolumento principe
digno figi non posse, docet id expresse Al-
bert. magn. de lapid. Philosoph. cap. 1.
theat. chym. vol. 4. pag. 842. *argentum*
vero vivum densam videtur habere substanti-
am, quod patet ex gravidine sui ponderis im-
mensi, quodque auruna præponderat, dum in
in sua natura fuerit, & est fortissime composi-
tio eius, & natura unius formis, quoniam non
seperatur, in partes autem nullatenus se divi-
di permittit, quia aut cum tota sui substantia
ex igne recedit aut cum eo in igne remanet
stans. Et Harmon. chym. David. Lagn.
cod. vol. 4. theat. chym. pag. 793. Arnol-
dus in libro sui testamenti dicit, quod Mercu-
rius non potest retiniericunq; quo cunque, corpo-
re, absque Physico lapide, & ideo omnes opera-
tiones alie sunt Sophisticæ & inutiles. simili-
ter differit correct. Richard. anglic. in theat.
chym. vol. 2. pag. 389. est autem argentum
vivum homogeneum in natura, quia aut totum
remanet in igne, & fixum, aut totum evolat
in fumum, cum sit in combustibile & aëreum.

Possem

Possem hic voraginem textuum aducere
sed brevitati studens sufficiat me veritatem
dixisse, qui non credit, agrediatur Mercurio
suum si suo nolit parcere marsupio.

*Lapis Philoſo-
quomo-
do tin-
cluram
diffun-
dat.*

Quæres secundo, quomodo *lapis Philoſophorum* tingat tincturamq; metallis im-
perfectis impartiatur? ad hoc respondet in-
troit. apert. ad occlus. reg. palat. tractat. z.
brivis manuduct. ad. rub. cœlest. pag. 33.
Verum tamen ita se res habet, pars unaquaq;
tincta est contigua parti ad instar fermenti,
tingit itaq; elixer id quod proximè tangit tin-
ctura parum debiliori quam ipse fuit præditus
& imbutus, hoc rursus quod sibi proximum est
tincturam communicando fermentat, idq; tam
diu usq; dum tota massa ad perfectionem veri
auri perducitur. Hoc autem fit brevi temporis
spatio, ob agentis nostri spiritualitatem, qui cum
verus sit ignis metallicus, non secus ac elemen-
taris ille, durissima quævis corpora impercepti-
biliter penetrat, & calefacit, etiam vel illas
partes, quæ à carbonibus non fuerunt tactæ, sic
& hic metalla per ignem resoluta & fusæ, mo-
mento sua virtute penetrat, intrat & tingit.

*Recapi-
tulatio
confe-
ffionis*

Implicat ergo via, ut recapitulationis
loco ex supradictis ostendam, tam in via
sicca quam humida absque Mercurio Philoſo-
phorum ad ipsum tantopere perquisitum
lapi-

Lapidem Philosophorum deveniendi : hic ergo Mercen-
 omni studio ad metam Philosophicam ob-
 tinendam est perquirendus viam ad eum
 superius ostendi , & denuo ostendunt quæ-
 stion. & respons. de lapid. Philos. in theat. ex utra-
 chym. vol. 2. pag. 123. scribentes : Philoso- que via
 phum natuam imitari oportet, ut terram illam longiori
 virginem paret, mundet, calefaciat, & a suis & bre-
 superfluitatibus & peccato originali, quod à vior.
 parentibus contraxit, lavet, purifiet, & re-
 dimat opere pratum est hoc faciant, hoc est su-
 perflua demere & deficientia suplere, quid in
 Mercurio superfluum esse dicis? dico terra ob
 Ada lapsum, & omnia etiam esse maledicta,
 & per consequens morti obnoxia, & redem-
 ptione opus habuisse, nihil enim inquinatum,
 aut abominationem patiens ingreditur para-
 disum, nisi per ignem & aquam, mundetur
 & regeneretur. Terra autem circa quam se-
 minatur aurum Philosophorum, est Mercur-
 ius ipsorum, sed antiquam ea nomine insig-
 niatur, necesse est (ut antea dictum) ut mun-
 detur & excaliefiat.

Mercurius ergo Philosoph. A. est & O.
 Philos. sine quo nil principiatur, minus fini-
 tur. Socius hujus tam alti mysterij Sulph. est
 Philosoph. quacunq; etiam via quæsitum,
 de cujus utraq; via Introit. apert. ad occlus.
 Sulphur
 Philoso-
 phorum
 quomo-
 do utra-
 que via
 obtinē-
 dum
 Reg.

reg. palat. cap. I. aurum igitur aurificandi
 verum unum solum principium esio. Est au-
 tem aurum nostrum duplex, quod ad opus no-
 strum exoptimus, maturum puta fixum lato-
 nem flavum, cuius cor frue centrum est ignis
 purus, Quare corpus suum in igne defendit,
 in quo depuratonem reccepit, ut nihil ejus Tyr-
 ranidi cedat, hoc in opere nostro, albo crudiori
 sperniati femineo conjungitur, in quo sperma
 suum emittit, tandem vinculo indissolubili
 utrumque coit - sic fit noster hermophroditus,
 vitroque sexu pollens. Mortuum est itaque
 aurum corporale priusquam cum sua sponsa
 conjugatur, cum qua sulphur coagulans, quod
 in auro est extraversum invertitur: sic ab-
 sconditur altitudo & manifestatur profunditas.
 Sic fixum ad tempus sit volatile, ut nobilio-
 rem postea statum hereditario possideat, in quo
 fixitatem prapollentem obtinet. Idem cap.
 II. pag. 22. considerarunt item quod ex quo
 verum esset auri ens primum (Mercurius
 nempe Philosophorum) adhuc volatile exis-
 tens, quidni esset ager, in quo fatus sol virtu-
 te augeretur ea propter solem in eodem posue-
 runt, & quod admirationem facile patraret,
 fixum in eo factum est volatile, durum mol-
 le coagulatum dissolutum, stupente ipsa mira-
 ra. Et pag. 52. atsi in sole vulgi operari, illud
 opus

opus propriè non est opus nostrum, & tamen ad
 opus nostrum rectè ducet determinato tempore
 suo. Sic pag. 53. At si in opere solis vulgi proces-
 sum inceperis, actio tum passioque fit in re bina
 quarum utriusq; media substantia capitur re-
 jectis facibus. & Arcan. Hermet. Philis. opus
 pag. 238. Aquilam & Leonem utrumque
 optime purgatum in claustro suo pellacido re-
 conde & copula, vestibulo strictissime clauso,
 & custodito, ne ipsorum balitus exeat, aut
 aer extraneus se insinuet, aquila in congressie
 discerpet, & vorabit Leonem, longo deinde
 somno correpta, & stomacho turgente hydrops
 facta in cætum nigerrimum mirabili quadam
 Metamorphesi transibit, qui pennis sensim ex-
 plicatis volare incipiet, & volatu è nubibus
 aquam decutiet, donec plures madefactus
 sponte pennas exuat, deorsumque relapsus in
 Cignum migret candidissimum. Atto iti mi-
 rentur, qui rarum causas ignorant, confide-
 rantes, mundum nihil aliud esse, quam con-
 tinuum. Metamorphesim, mirentur perfectè
 digesta rerum seminâ, in summum desuisse
 candorem, Philosophus in opere suo naturam
 imitetur. Hinc versus in theat. chym. vol.
 4. de ration. progignend. lapid. Philosoph.
 pag. 409.

*Si fiocum solvas, faciasque volare
 solutum,
 Et volucrem figas faciem te vive-
 re tutum,
 Coniuncta disjunge rursus disjun-
 cta rejunge,
 Liqua duratum, dura liquatum,
 dicam te beatum.*

Et Arnold. de villa nova in specul. alchym. vol. 2. pag. 543.

*Hæc ars estrara, & levis & brevis
 binc quoque chara,
 Et res est sola, & vas solum, co-
 actio sola,
 Candida si rubeo mulier sit nupta
 marito:*

*Sic complectuntur se sic quoq; con-
 cipiuntur,
 Mercurius solem foliatum distruit
 omnem.*

*Hunc solvit, mollit, animam decor-
 pore tollit,
 Hunc partitur dividit, hunc com-
 ponere novit.*

Ad eundem scopum supra citatus Introit. apert. ad occlus. reg. palat. tractat. 3. Fons Chym. Philoloph. pag. 98. & 99. Quare non ideo jubemus, sulphuri maturo (id est auro) Mercurium crudum & volatilem (id est Mercurium Philosophorum) commisere, ut afferamus, aliud esse sulphur in uno, quam in alio, & alium Mercurium : ubi enim tum esset metallorum homogeneitas, quam in lapide nostro asseveramus. Sed ideo nos duas bas species commisceremus, ut breviori longe spatio, quam natura simplex aurum in mineris formavit, nos artificio nostro, aurum mille gradibus plus quam perfectum perficeremus. Natura quippe ex solo Mercurio, crudo & humido, & frigido absq; ulla additione subterreras aurum longa decoctione generavit. Verumtamen ars ad opus contrabendum, Mercurio per artem mundatissimo, sulphur matrum & fixum immittit, atq; ita virtutem sulphuris digestissimam per Mercurium extrahit, qua vis sulphurea, Mercurium fortiter immutat, & perficit in Elixir completum. Is idem cap. 19. pag. 49. Et impone igni dando calorem in quo bulliat sudetq;, sudorq; ejas circuletur, & hoc die & nocte per dies noctesq; 90. & videbis Mercurium hunc, omnia elementa solis vulgi disgregasse, & iterum consensib.

junxit. Idem pag. 50. Et si operatus fueris
in Mercurio nostro cum auro vulgi, regimine
debito, ex iis centum & 50. diebus habebis au-
rum nostrum, quia sol noster est ex Mercurio
nstro. Similiter pag. 51. Tu hoc in sole vul-
gi immediatè non invenies, at ex illo per mer-
curium nostrum digerendo per dies 150. in-
venies veram hanc eandemq; materiam, qua
est aurum nostrum, via longiori quasitum,
nec adhuc tam pollens, ac illud quod natura
ad manus reliquit. Et pag. 49. Nacto hoc sul-
phure, ne credas te habere Lapidem, & ejus
veram materiam, quam possis in re, imper-
fecta intra septimanam querere & invenire.
Hac est via nostra facilis & rara, & reser-
vit hanc DEUS pro pauperibus & contem-
ptis abjectisq; suis Sanctis.

Hoc unico remedio Austria Cunctis dominaberis terris.

ET haec de lapidis Philosophorum in via
ficta possibilitate, realitate & existen-
tia scripta sat forent, ad convincendum
authorem suosq; aseclas præservativi vni-
versalis & naturalis, nisi ad maiorem ejus
confusionem & artis eminentiam atq; ple-
nariam dillucidationem etiam viam humi-
dam

dam utpote faciliorem & breviorem, sub
historia annexata esset animus.

In via sicca docui & ostendi, Mercurium essentialiter & occidentaliter purgandum esse sub conservatione suæ formæ, & currenti specie, & nequaquam reduceudum esse in spiritum, aquam, pulverem, vel aliquod simile genus in hac tamen via humida, ejusdem spiritum requiro, quem Paracelsus struthionis stomachum, Lullius lunariam, Albert magn. sanguinem Draconis, Basilius aquam saturniam, spiritum Mercurii, & Mercurium dipplicatum, & alii aliis nominibus appellant. Unde quibus ex rebus hic Mercurius Philosophorum, sive hoc menstruum sub specie aquæ trahi debeat, hunc paraglyphum præmitto, ut oculis videatur, & manibus palpetur.

Menstruum igitur de quo superius mentionem feci in clangor. Buccin. sic describitur: menstruum est id ratione. Cuius corpora metallorum naturali dissolutione disolvuntur, & spiritus eorum de potentia ducuntur adactum.

Quæritur igitur ex qua re hoc menstruum paretur? quod potens sit, aurum destruere, quod nec ignis, nec aqua, nec quodvis aliud elementum destruere valent? ad

quod respondeo in memoriam reducen-
dum tritum illud Philosophorum *natura*
natura latatur, *natura naturam continet*,
natura naturam vincit. Ergò ex his appa-
ret quod illud ex natura convenienti esse
debeat, ità ut solvens & solvendum in si-
militudine naturæ concordent, & ex una
prodeant radice, neque differant nisi dige-
stione, & recordetur Bernard. Trevisan. di-
centis part. 4. sui lib. vbi praxim explicat.
Nonne dicit quod fonticulus & Rex sese in-
vicem mirum in modum ament, & quod
fons regem atrahit, non autem rex fontem.
Et Geber. lib. investigat. perfect. magister.
ait: *Quia apposita juxta se posita magis eluce-
scunt.* Et licet Philosophi afferant men-
struum nostrum ex quatuor extrahi debere
corporibus, non ita intelligendum est, quod
ex ipsis corporibus eliciatur, at ex imper-
fectis qualitatibus eorum, quapropter nec
unum nec plura metalla accipienda sunt in
propria sua natura, sed aliquod aliud, quod
quidem ex radice metallorum habet suum
esse, nempe ex sulphure & mercurio, & e-
rat quippe in via, ut ex eo generaretur me-
tallum, sed quia in illa materia omnes qua-
litates illorum quatuor imperfectorum me-
tallorum in unum simul confuse concurre-
bant

bant certatim , & altera alteri obftabat , &
 ob alios defectus & impedimenta , in coa-
 gulatione & concoctione illius accidentaliter
 interjecta & obviam facta , desit qui-
 dem realiter esse metallum , tamen de illo-
 rum omnium proprietatibus participat , un-
 de à quibusdam Philosophis præfertim au-
 tem à Theophrasto astrum minerale , sive
 electrum immaturum nuncupatur , eo
 quod sit quasi quædam quinta essentia sive
 communis natura omnium istorum qua-
 tuor elementorum . Pro tua tamen ali-
 quali satisfactione appendicis loco addo ,
 quod invento eoque debito modo præpa-
 rato menstruo , erit illud sæpius ritè destil-
 landum uti præcipitur in axiomat . Riplei-
 paragrapb . 1 . Distilles eam ante quam cum
 ipsa opereris aliquoties . Et infra : Distilla eam
 donec sit munda & tenuis ut aqua , colore ce-
 ruleo splendenti livide retinens simul suam fi-
 guram & ponderositatem . Item ibidem : A-
 qua debet septies esse sublimata , alias nulla
 naturaliter fieret solutio , nec putrefactionem
 ullam videbis picis instar liquide , nec appare-
 bunt colores , ob defectum ignis in tuo vitro o-
 perantis . Similiter in lib . l . l . Benedict . S . Tho-
 mas de Aquin . Sed ego dicam tibi modum , jam
 dixi in præcedentibus & adhuc dico , quod si

*Mercurium septies vivificabis subli matum
ipse reducet omne corpus in suam primam ma-
teriam. Intelligis quia satis dixi tibi.*

*Men-
strui
præpa-
ratio de-
tegitur
sub fa-
bula.*

Hanc claram menstrui præparandi do-
ctrinam , undeque illud sit petendum se-
quitur ejus mystica præparationis doctrina:
cum enim metalla imperfectiora anhelas-
sent mutari in solem vt id obtinere pos-
sent delegaverunt Mercurium ad Philoso-
phum , qui hoc Mercurio dederat consiliū.
Vade ad cæli plagam septentrionalem , &
conspicies animal septem lucidis stellis in-
ter alias signatum. Accipe terrestre quod
correspondet ei in natura & habitat in ca-
vernis profundis montium. Jugula illud
marte existente in domo solis , & extrahe
ab eo filiam ejus vivam , quæ cibetur per
vices sanguine fratrum suorum , unaquaq;
existente in proprio domicilio , ut ab illo
nutriatur & crescat , qui tamen mutuo se
blandis aspiciant oculis , hocque sole exi-
stente In domo martis , deinde per modum
mirabilem , veluti scis in domo vulcani , in
cubiculo clauso , cum adjutorio Æoli , con-
clusi & conpresso , per magnum torcular ,
& maxima violentia , invita juvencula ,
exprime iac Virginum , in quo ipsa demum
submergatur , à forore sua habitante in pro-
pria

pria mansione , per numerum maternæ cælestis signaturæ Postremo virgo suo proprio spermate imprægnata , pariat filium sibi per omnia consimilem in natura , tuoq; nomine nuncupatum , ex cuius sudore fac Balneum regi in quo pereat atque iterum reviviscat.

Hoc præmisso ad Historiam & ut me- *Histor.*
lius antecedentes paragroffi intelligantur , *totius*
& totius magisterii in via humida tanquam *Magis-*
breviori & faciliori præparationem , tam *sterij*
menstrui quam auri disgregationem & a- *descri-*
notomiam accedo. *ptio.*

Monarcha septentrionalis tard. am-
bulonis per Jovis conjunctionem frater , ca-
ptus licet amore Reginæ Vngariæ , recipro-
co tamen amore ob sui deformitatem non
reamatur , quantumque Monarchæ huic ,
omnes planetæ homagium debitumq; ob-
sequium deferant , quin imò affinitatem &
consanguinitatem ad suam captivandam
gratiam , & dextram sinistramque ejus oc-
cupandam allegent .

Mars & venus primi adsunt , & ex du-
plici fundamento affinitatem allegant , ra-
tione sanguinis similitudine & quia partem
typi Monarchici gestant .

Non minus præpetis in morem fulmi-

nis advolat Mercurius , celebri familia natus , antequam in aquilam longè à Jove aliam transiisset & facta submissa reverentia , spe se exaltaturum iri , ad aulam frustra strepitante Jove , qui aquilam suam ad obsequium Monarchæ dedicaverat , admittitur , eo quod olim hic Monarcha beneficio alarum Mercurij præsentatarum à Rege Ungariæ & tridente , in quandam ponderosam & chrystallinam substantiam ter vel quater , novis iisdemque speciebus , nempe chrystallo gramineo , & tridente clarificato exaltatus fuerit , per quem primo nebula & secundo nix in altiori regione concrevit , ex quo post factò exibat spiritus , qui spirabat ponderosam & compactam nebulam ad sedem regiam versus , ita ut ob tenebras videri non posset , auditaque est vox , cuius verba erant radij ignis ponderosi per Martem & Venerem sacrificati : sensus horum explicari poterat Ungarice & Suæcice , Monarchiam hanc regalemque sedem adeptus fuerit .

His ita constitutis decretum fuit , Dracconem qui novo martiali inhabitabat modo debellandum esse , apprehendit proinde Aquilla percutis suis vnguisbus Draconem , rapuitque usque ad altissimas Armeniae al-

pes, ibidemque se cum Dracone ad vitream turrim inclusit, erat autem penes fornix concava chrystillina, quam intrare licebat Draconi, cumque intrare nollet vocatus fuit Vulcanus, & ecce quam primum Vulcanus suo fungi officio cœpit, exibat ex Aquila & Dracone terribilis, densissimus, nigerrimus & ponderosissimus fumus sub specie cujusdam arteriae sanguine mixtae, quæ exiens in formice concova coagulatur. Vocatur autem hoc coagulum, lac Virginis, quia expressum est à virgine, quin imò tali violentia, ut denuò post lactem exiret sanguis, vtrumque tamen bonum & essentiale, necesse enim est, ut & lac sanguis fiat, per Cardinalis ad dorsum virginis stantis coaguli conjunctionem.

Interim dum Vulcanus ageret Alchymistam, descendit phœbus ad Venerem Vulcani vxorem concubendam ad obscurum antrum, ibidemque cum ipsa in versa concubuit, & facti sunt duo in carne una.

Mars cui hæc innotuerunt odio captus retulit Vulcano quomodo vxor ejus in antro vivat cum Phœbo in adulterio, quod adiens Vulcanus non potuit discernere amantes & primam ultimamque nostram materiam, quare facto igne artificiali ex

flamma inaccensa, ignito aëre & sale quo-
 dam vegetabili totum inflammat, an-
 trum & amantes in pulverem combusit,
 & super fusæ aqua & vino, Vulcanus occul-
 tum solis sub liquore rubicundiissimo mani-
 festavit, ex cineribus ad consequendum
 votum suum, seperando labem & maledi-
 citionem peccati origini alis, tanquam pes-
 simum venenum à tribus principiis, ani-
 mam liberavit, & hoc via sicca, licet etiam
 humidam non ignorasset, per fulmen infer-
 nale à duobus contrariis carbone albo &
 scabiarum pharmaco edestillato. Saturato
 qua propter lupo à Phæbo ternis vicibus,
 hæc fuit publicata sententia: lupus & phæ-
 bus usque ad copiosam sanguinis effusio-
 nem congregandi debent, quibus in deliquio
 adhibetur aqua magnanimitatis, & ubi
 nullus amplius fuerit conspectus sanguis re-
 fundantur, atque mixtum corporale aper-
 tum manebit, & separatis extremis admo-
 dum cautus esto, ut tertium conserves.
 Deinde ponderatis una parte spiritus (sie-
 vaporationi parcis) totidem animæ, non
 obliviscendo salem, solutis principiis quod-
 libet peculiari vitro, in proprio Mercurio
 & oleo benedicto, conjunxit eos ut aqua so-
 let misceri aquæ, vali & furno imposuit,

putrefecit , & alteratis coloribus Juno pâvone ornata , & Jove reginæ neonascenti sceptrum deportanti in Elixir primo album deinde rubeum , & fermento animæ Venèris & Martis , vel si lubet solis , in hominum metallorumque summam medicinam excoxit.

Massam rubeam excoctam oleo benedicto Philosophorum septies inbiberat , & exsiccaverat , sole vulgari fermentaverat , & planetas inferiores in solem transmutaverat .

Quodve hæc praxis historica viæ humidae sit libris Philosophorum conformis ulterius ostendo . Circa praxim itaq; primo omnium scienda sunt pondera eorum quæ materiæ ingrediuntur compositionem per convenientem proportionem , quæ maxime & necessario requiritur , ex superioribus igitur dictis constat , ex duobus componi nostrum Rebis , scilicet exsolvente & solvendo , ergo quanti ponderis vñ quodque esse debeat videndum est , de quo quidem sapientissime scribunt Philosophi , alii enim dicunt in æquali portione , alii vero in dupla , alii vnum ad tria , sive duo ad septem esse debere proportionem : alii quidem in decuplo , alii usque ad duo decuplo ,

plum, vel etiam vterius ponunt. At mihi magis arridet opinio illa, quæ in seniore per 9. aquilas volantes & pedibus tenentes arcus & sagittas designatur in figura sapiens, ut ibi describitur, quæ quidem aquilæ nil aliud denotant, quam nostrum menstruum sive Mercurium solventem, per alias autem expansas demonstratur ejus natura volatilis & ignem fugiens. Per arcus verò & sagitas indicatur ejus virtus distructiva sive solutiva, & per novenarium denique numerum designatur proportio, sive pondus solventis menstrui, quæ etiam proportio ponderis cum sit reposita in novenario num: qui est omniū perfectissimus, huic operi, quod etiam in perfectione consiftit, magis correspondere videtur, quapropter stabilito hoc fundamento accipiendæ erunt 9. partes seu pondera nostri menstrui solventis, & vnum pondus corporis perfecti, vel vna pars olei benedicti Philosophorum totidemque auri, per fulmen infernale anatomicati, illudque paulatim illi menstruo iniiciendum, vasque coufestim hermeticè sigillandum, quo facto ad ignem lentissimum sive primi gradus apponendum erit, qui etiam gradus ignis usque ad dealbationem completam continuo à cunctis servari

ri jubetur, legatur ad hunc passum quod
 scribitur in cimb. aur. hoc modo. In omni-
 bus gradibus ignis unus & equalis esse debet
 talis autem quod materia non elevetur, immo
 verius calore febrili cocta in vasis fundo quie-
 scat, nec flamma vastangat, infundo tamen
 equaliter ad omnes partes deferatur, sitque
 vas appensum insumi ante furni, non autem ci-
 neris aut teste imponatur, quo melius circum-
 ire possit. prosequens pagina sequenti, sit pars
 una corporis & 9. spiritus, id est 9. aquila in
 prima scilicet compositione. Idem pag. pro-
 xima: Recipe igitur in Nominis Domini as no-
 strum, quod cum aquilis 9. coniunge. Quo per-
 acto videbitur aurum illud brevi tempore
 solvi, & quasi ad mellis five Butyri consi-
 stentiam perduci, quod Philosophi suam
 gumman appellare solent, quæ quidem,
 operatio cum solido corpore auri prima
 est solutio, five potius disgregatio corporis
 & introductio ad secundam & perfectam
 solutionem. Hinc porro ad secundam so-
 lutionem videtur illico transeundum, &
 cum Philosophi, ex vna re tantum fieri de-
 bere lapidem frequentissime afferant, hic
 illorum præceptum, nullatenus erit trans-
 grediendum, verum ad amissim observan-
 dum, idcirco ad memoriam revoca, quod
 hoc

hoc in passu jubent sapientes : Geber quippe dicit : *Est enim lapis Philosophorum una medicina, in qua totum magisterium consistit, cui non admiscetur extraneum, neque diminuitur, sed quod superfluum est in operatione, removetur.* Quibus expresse præcipitur, menstruum illud solvens, cum jam suam operationem persolverit, omnino removendum esse, cui etiam profecto assentiri videtur Bernardus Comes Trevisanus cum dicit : *Quod cum ipsi astreus ipsius libellus in fontem delapsus fuerit, & ab ejus oculis disparuerit, aquam ipse exhaustire caperit, quo verè nil aliud indicatur, nisi remissio solventis menstrui, quod tametsi in natura & radice convenient, nihilominus tum ob pluralitatem rerum, que hic prouersus non admittitur, tum etiam, cum à perfectione sit diminutum huic operi non convenit.* Idem quoq expresse affirmat clang. Buccin : vbi ait : *semen paternum ex propria substantia Mercurij est mater ejus, quia ejus menstruum quod debet deleri & deponi, & solum semen paternum debet servari & recipi, quod est ejus media substantia, qua perficit & ab adiunctione defendit.* Evidenter proinde lupa allegetae authoritates demonstrant, solvens menstruum sèpè dictum post sui muneric
 com-

complementum omnino abstrahendum
 esse , quod etiam omni rationi consonum
 videtur , nam cum eo ad destructionem &
 corruptionem usi simus , certum est , ad per-
 ficiendum non esse habile nec ullam perfec-
 tionem dare posse , cum ipsum sit imper-
 fectum propterea ad nostram praxim à qua
 digerissi eramus revertendo dicimus , quod
 cum conspexerimus corpus nostrum jam a-
 pertum & disgregatum & in gummam Phi-
 losophicam redactum , tunc aperiendum
 erit vas , & perlentissimum illum colorem
 permittendum menstruum illud suavissi-
 me evaporare , quod quidem non totum e-
 vaporabit omnino , vt idem Comes trevi-
 san testatur cum ait : *quod cum aquam to-*
tam exhauire tentasse , non potui , quia te-
naces erant valde nempè corpus & solvens , a-
deo ut in fonticulo remaneret decima pars ejus
cum decem partibus id est toto corpore ad
solvendum posito . Evaporato deniq; sae-
pè dicto menstruo , iterum clauditur vas
hermeticè , & ad concoquendum iterum
reponitur & tunc per se fit , secunda & perfe-
cta solutio sequentibns aliis operationibus
signis & coloribus , nempè putre factione
cum nigredine ablutione , cum aliqua albe-
dine , deinde albedine perfecta , & post eam
citri-

citrinitate, ac demum sanguinea rubidine, in qua opus absolvitur, de quibus diffuse loquuntur Philosophi, & hæc omnia vno vase, vna decoctione, vnaque apparatione ut dictum est, nisi quod post de albationem potest tuto augeri ignis, usque ad complementum operis, ut omnes afferunt Philosophi, quod post albedinem non possit errari.

Quamvis in paragrapho praxeos, ea omnia, quæ ad hujs prætiosissimi Philosophici Magistri, sive lapidis elaborationis complementum spectare videbantur deduxerimus attamen ut eo melius Philosopho memoriae cohæreant, brevissimè perstrin-gemus. Sumenda est igitur materia paragraphe de menstruo explicata & demonstrata, ex eaque idoneæ primum præpara-ta, Mercurius Philosophicus, sive menstruum solvens eliciendum, ac septies rectifi-caudum, deinde capiendum corpus perfec-tum, cuius vna pars in 9. supradicti men-strui imponenda erit, & clauso vase sigillo hermetico ad lentissimum ignem vas po-nendum, ut materia in eo contenta salva-tur: solutione perfecta aperiendum erit vas & menstruum sæpè dictum suavissimè eva-porandum, quo peracto iterum vas clau-dendum, & ad ignem denuo lentissimè ad-hibendum,

hibendum, ibiq; dimittendum vsq; ad finem, qui coniectetur ex sanguinea rubidine, deniq; ut palam praxim dicam: Recipiatur Jonae quantum lubet, illeq; à Balæna ter deglutiatur, ab eademq; ter revomatur, & dum in stomacho turget, superinciciatur de fulmine infernali composito ex vna parte picis, parte vna salis vegetabilis, & partibus duabus carbonis albi, idq; succellivè, quoadvsq; Jonas in cineres redigatur, & ex his cineribus & speciebus demum incorporescat, & tunc Jonas mutabitur in monstrum aridum, cuius caput suam respiciet caudam & medium, quem torrente potabis, & vino, quo satiatus animam evomet, & amputato capite, caudam Vulcano & Neptuno examinandam dabis, qui Bacho in subsidium vocato, omne venenum expiabunt, caudam & caput quodvis per se in peculiari vitro in duplicato nostro Mercurio dissolute, conjunge & in lapide excoque. Post dealbationem aliosq; colores intermedios, ultimo apparente, nisi tunc forte ab opere cessare velis, eoq; pro tinctoria alba uti, hoc namque jam infrigidato vase aperiendum erit, eaque medicina aut fermentanda, ut omnes suadent authores, aut sic ad projectionem adhibenda,

quæ tamen ita infer mentata rēlīcta , in mi-
nima quantitate tinget , vt omnes unisonè
affirmant Philosophi , si autem volveris o-
pus tuum prosequi , & ad perfectam rube-
dinem perducere , poterit tuto post albedi-
nem augeri ignis ad secundum gradum , &
post apparitionem albedinis usque ad ter-
tium gradum . Et sic lapis perfectus erit pri-
ma vice . Quem si quis virtualiter multi-
plicare volverit , sumat illum lapidem &
iterato menstruo at minoris quantitatis im-
ponat , & denuo clauso vase ponat ad sol-
vendū , & procedat omni modo sicut prima
vice cum evaporatione menstrui . Simili-
ter operetur in multiplicatione quantitati-
va , sumendo unam partem lapidis , & tres
partes corporis perfecti , vel per fulmen in-
fernale anotomizati , eaq; simul imponat
menstruo solvendo , & in reliquis proce-
dat vt supèrius est dictum : Et si secundo.
3. vel 4. voluerit multiplicare , idem ob-
servet semper , excepta proportione men-
strui , quod semper minuendum erit , ita ta-
men vt materiam solvendam illud semper
emineat , aliter pars illius aliqua maneret
in soluta .

*Parti-
cularia*

Nunc restat parum aliquid de particu-
laribus dicere , maximè hac in via humida ,
sup

quæ

quæ dati absq; est controversia, & quidem *etiam lucro-*
si aurum & media Mercurij substantia in sifima
eum redigatur gradum, vt adhuc in elabo-
rata ignitam lamellam cupri, quamvis fo-
lium superficialiter tingant, quod signum
prænuntius est, future & optimæ tincturæ,
talis particulariter resultabit projectio, vt
si quis etiam decem millia hominum akeret
non egeret, at longioris est & fastidioris præ-
parationis ac ipse lapis.

Huic accedunt adhuc duo particula-
 ria, vera ac genuina. *Primum* nempè super
 Mercurium vulgi, per solem & super lu-
 nam. *Secundum* vero per solem super lu-
 nam, eaque habent radicem in via univer-
 sali, nimirum in Menstruo solvente, fiunt
 que hoc modo: videlicet quando ipsum
 menstruum paratum est, pro solutione cor-
 poris, ad conficiendum lapidem, solvitur
 cum eo corpus solare, & tunc absque ulter-
 iori progreisu, potest componi cum Mer-
 curio vulgi, & locari ad digerendum, in
 leni igne, clauso vase Hermetice, & in ali-
 quot diebus fixabitur & congelabitur, in
 verum solem, & sic ad lunam procedendo.
 Sed virtus eorum erit terminata, scilicet
 ad 4. vel 6. vel ad summum 10. ac propte-
 rea iunt particularia.

At dices tu non admittis particularia extra fontem vniuersalem, quomodo ergo Lullius 34. elaboravit particularia, quæ peculiari in libro exstant, quæ tamen aliunde videntur suam sumptissimæ originem, quæ à Mercurio Philosophorum, tam in via ficta, quam humida præparato. Deinde Theophrastus scribit cap. 4. de sale communi fol. 1037. hæc formalia: sciatis deinde de sale commui, sale glaciali, & sale gemmæ, quod valde alchymia profint, ad lunam cum his cimentandam, ut gravidinem Saturni æmuletur, quibus verbis videtur sternere viam ad lunam fixam facile obtinendam.

*Particularia
extra
viam u-
niver-
salem
non
dantur.*

Respondeo ad primum membrum, exstare quidem librum Lullij de ejusdem 34. particularibus, vtrum verò aliunde, quam ex fonte Philosophorum sint de prompta, tuum est scire, ego saltem adhuc nullum audivi, aut legi alicubi, qui hæc Lulliana particularia aggressus, eorum infallibilitatem cum tam diviti Cornucopia sese practicasse gloriaretur; hoc autem faciliter credo, quod in uno curru à sex equis tractis, vectis & bajulatis particularibus vix unum invenietur, excepto illud esse ex via universali quod in opiam pellere possit.

Re-

Respondeo ad secundum membrum,
 Theophrastum monstrare quidem viam,
 eamq; veram ad aurum album sive lunam
 fixam, eaque est ex via Vniversali, cum in
 Iale communi maximè marino &, gemmæ
 resideat spiritus mundi præ cæteris mine-
 ralibus copiosius, estque verum hoc parti-
 culare, à me licet in parva quantitate pro-
 batum, at lucrum si in magna quantitate
 non laboretur exiguum dabit, estque penes
 fastidiosum valdè propter lamellationem,
 nisi fortè habeatur machina illa in cusoria,
 qua illi vno die 100. libras argenti lame-
 lare queant. Argentum itaq; cupellatum
 si tractetur ut docet Theophrastus, exibit
 inter mensem ponderosius argento com-
 muni, quod si sèpius cum Mercurio essen-
 tialiter & accidentaliter loto ut paratnr pro
 via vniversali cohobetur, deinde fundatur,
 auro ut notum est incorporetur dabit per
 separationem, præter appositum aurum,
 Marcha argenti quinq; aureos 52. grana sic
 lib. 1. argenti ad minus 10 aureos, quæ o-
 peratio si fiat cum 100 lib. argenti nobilis-
 sum dabit alimentum, cum expensæ
 sint per exiguae, extræ carbones & aquam
 sepeatoriam, hanc lunam fixam quidam
 Dominus Casari Ferdinando 3. laboravit,

Theophr.
luna fi-
xa.

cum autem pro Cæsare exiguum sit lucrum
ex Cæsareo Laboratorio fuit dimissus,

*Fons Zipfien-
sis in Unge-
ria Fer-
rum in cuprum
mutat.* Addo esse fontē Zipsii in Vngaria, in quo projectum ferrum vi spiritus mineralis illius fontis mutatur paucis horis incuprum, hoc ita mutatum cuprum antequam ignem patiatur, & ejus spiritus tingens mineralis per vulcanum fugatur, per fulmen in ferale via humida præparatum, ut suprà est doctum, disgregatum & in tincturam reducendum dat aurum, sed tota hæc tinctura non est aurum, quia nec dum à Natura sat digesta, ut est aurea, sed tantum scintilla aliqua minima & ad corporis vitam necessaria, ut bene Sendigvog, in suo nov. lumin. chym.

Aquavit pag. 22. afferit: quod sit in quolibet corpore centrum & locus seminis seu spermatis punctum & semper 8200. pars & hoc etiam in ipso grano tritici, hujus tincturæ beneficio ut ego vidi & feci ex lib. 1. argenti educi possunt quatuor aurei, hi autem non persolvunt separationis fastidium, cum ergo in præcedenti particulari ad obtinendum ex luna aurum, eadem separari debet, proinde vnioco labore etiam hi aurei lucrari possunt: quare incorporato auro cum argento in fusione, redigatur luna porrofa & spongiosa ut tinctura Veneris ex Marte ingressum

gressum habere valeat, & fundantur ad hunc
tincturæ lib. 1. argenti, lotones 8. deinde
seperentur. Hoc particulare sufficit ad
Nobilissime vivendum, si quis opes habeat
ut in quantitate magna opus aggrediatur,
probet cui lubet in parva quantitate & me-
verum scripsisse testabitur.

anim Quantum attinet ad tempus, quo
Mercurius & sulphur & ex his lapis Philosophorum
acquiratur, ita decernunt Philosophi;
& in primis Introit. apert. ad oculi regis Palat.
cap. 18 pag. 46. utrumque scias
quod sol noster dabit tibi opus binus aut ter-
nis mensibus cito perfectum quam aurum
vulgi: eritque elixir in prima sua perfectione
virtutis millenaris, quod in altero opere vix
censemarie erit. Et pag. 49. Et impone ig-
ni dando colorem in quo bulliat, fuderis, fuderis
que ejus circuletur, & hoc de die & nocte per dies
noctesque 90. & videbis Mercurium hunc om-
nia elementa solis vulgi disgregasse iterumque
coniunxiisse. Bulli postea per alios dies 50. Idem
pag. 50 si operatus fuerit in Mercurio nostro
cum auro vulgi regimine debito, ex illis 450.
diebus habebis aurum nostrum, quia sol noster
est ex Mercurio nostro. Et pag. 51. Tu horum
sole vulgi immediate non invenies at ex illa
per Mercurium nostrum digerendo per dies

Quanto
tempore
acqui-
ratur
lap. Phi-
losophb.

350. invenies veram hanc eandemq; materiam, qua est aurum nostrum via longiori quæsumitum. Denique pag. 52. In priori mensibus septem, in posteriori anni spatio cum dimidio ego utramque viam calleo, laudo tamen facilitorem viam, at difficiliorem descripsi, ne omnium sophorum anathema in caput meum traherem. Et Sendivog. in novo lumine chymico pag. 85: coquitur sagaci ingenio nostro septem mensibus primo postea decem. Ita Synes. Abb. de lapid. Philosophor. adverte quod Medicina nostra usque ad albedinem septem & usque ad rubedinem 5. menses requirat. Quod vtiq; verum est, nam solus Mercurius Philosoph. ad suam exactam præparationem spatiū septem mensium expostulat & sic etiam brevior via ante annum non expeditur, hinc bene concludunt axiomat. Philos. in theat. chym. vol. 2. pag. 111. annis enim sufficiunt pro nostra exspectatione.

*Quanta
expensa
ad opus
lapidis.*

Expensæ sunt exiguae ad lapidem consequendum, & tantummodo tempus longum, & eo minores si opus ex solo fiat Mercurio, nam aurum inter expensas computari non debet, cum ejus natura nunquam pereat, aut enim convertitur in lapidem si recte tractetur, & tunc habebitur augmentum mille cuplum, aut certe aurum manet

semper inconsumentum abique jactura, & sic in eum nil expenditur. Igitur expensæ fiunt potiores in præparatione Mercurij Philosophici, vitreis organis & quibusdam speciebus ad purgandum Mercurium & denique carbones, verum pro decem aureis multi carbones comparantur.

Auctoris Præservativi vniuersalis & Naturalis, ad finem vergens prosequor stylum, & ejus ad exemplum *Suppositiones omnia supra typis edita suis rationibus confirmantia adduco.*

*Suppositiones
circè
artem.*

Et suppono, imò affero.

I. Omnes morbos, in supposito I. ab Auctore prædicto positos & non positos à lapide *Philosophorum* paucis diebus & horis, quod Galeni inter annum & menses præstare nequeunt, curari posse, ut abunde in hoc libro testificatus sum.

Suppono II. chymicam artem & medicinam vetustiorem esse & præstantiorem, tam quo ad antiquitatem, vtpote quæ ab *Adamo* sumpsit originem, quam etiam medendi securitatem. Sic enim Argyroph. & Chrysop. in theat. chym. vol. 2. pag 46. de ejus excellentia encomiatur.

*Lapis
Philos.
brevi
tempor.
curat
morbos.
Chymi.
medici.
antiq.
Gallenica.*

Tunc mentis divinæ homines oracula cæca

Volventes animo ancipiūtī , vix tem-
pore longo :

Expertī multā & non parvis sumpti-
bus illam.

Invenere artem , qua non ars vlla di-
gnior est ,

Fingendi Lapidem æthereum , quem
scire profanis ,

Haud quaquam licet , & frustra plebs
improba quærit.

Quam qui habet , ille potest vbi vult
habitare decenter.

Nec Fortunæ iram metuit , nec bra-
chia furum.

Suppono III. alchymistas plerosque
non ideo esse pauperes , ac si ars non esset
vera , sed ratione propriæ ignorantiae : ratio
est : quia si quis ex ignorantia hujus aut al-
terius artis , qui eam exercuerit pauperior
evaserit , non arti sed ignorantiae artificis
imputabitur , indeq; tamen ars aut falsita-
tis , aut impossibilitatis non erit arguenda.

Suppono IV. Artem hanc non depen-
dere ab influxu Astrorum , ratio est : quia
nemini est datum nosse signa & tempora ,
quæ Pater posuit in sua potestate . Secundo
qñia cum Astra te impedire nequeant , ne
frangas vitrum , quomodo alias noxas im-
pedient.

Sup-

*Alchymista
myste
cur ple-
riique
paupe-
res.*

*Lapid.
Philos.
conse-
ctio , non
depen-
det ab
Astris.*

Suppono V. Ut Regimen lapidis Phil. *Summa*
 Iosophorum ritè peragatur hoc modo esse *confici-*
 procedendum: Accomoda bene ignem in *la-*
 furno, & fac ut tota materia solvatur, de- *pid. Phi-*
 inde rege lento igne, donec vertatur in pul- *losoph.*
 verem nigrum, quia quando lapis noster est
 in vase nostro, & materia nostra lentit calo-
 rem nostrum, statim solvit, & pars soluta
 salit in caput vasis per fumū, id eit per ven-
 tum, seu per aërem, & postea iterum desce-
 dit ad fundum vasis, & solvit materiā pa-
 latim, & sic simul est sublimatio & dissolu-
 tio lapidis, & vtrumq; scil. ascensus & de-
 scensus dicitur dissolutio. Postea incipit in-
 grossari & converti in terram, & denigrari,
 & tunc dicitur putrefactio. Post verò lon-
 gum tempus terra nigra remittit colorem
 & odorem fætidum, & tunc vocatur ablu-
 tio seu mundatio. Deinde per colorem
 temperatum desiccatur terra, & tunc voca-
 tur ceratio, & in hoc tota regiminis vis
 consistit, ut scilicet convertatur in terram.
 Conversa verò tota materia in terram stri-
 ctam stantem, nec se fundentem, vocatur
 tunc coagulatio, & usq; hoc tempus agen-
 dum est cum maxima cautela, quia in hoc
 consistit quasi totum Magisterium, vnde
 Hermel. *Vis ejus integra est cum versafuerit*
in

in terram. Totum enim Magisterium nil aliud est, quam rectè facere solutionem & coagulationem. Materia verò congelata per majorem calorem incipit dealbari, & tunc dicitur calcinatio, & quando venerit usq; ad perfectam albedinem, tunc vocatur dealbatio, & tunc sulphur est perfectum album. Continuato igne materia rubescit, & tunc sulphur rubeum confectum erit.

Mercerius Philosophorum. Suppono VI. Mercurium Philosophorum non inveniri à Natura paratum, sed arte fieri debere: ita Dial. Philoso. in Theat. Chym. vol. 6. pag. 93. Philosophi dicunt, accipe Mercurium nostrum, in hoc dant tibi intelligere, quod non loquantur de communi, quia dicunt nostrum, Mercurius enim dicitur eorum, sicut filius Patris dicitur qui eum genuit, quia non est mihi (inquit natura) datum producere eorum Mercurium de potentia ad aliquid, absq; adjutorio Philosophi, quare merito dicitur eorum, quia cum usq; ad effectum producunt. Et Introit. apert. ad occlus. Reg. Palat. cap. 13. pag. 32. Mysterium quod tantope re occultamus, est parare Mercurium, qui non potest reperiri super terram paratum ad manus nostras, &c.

Sulphur. Suppono VII. Sulphur Philosophorum ex Mercurio Philosophorum via potissimum

simum breviori & sicca trahendum esse. ex Mer-
Sic Axiomat. Philosoph. in vol. 2. Theat. curio
Chym. Hic idem incorruptibilis *Mercurius*, srahens-
*Sulphur suum incorruptibile, invisibiliter se-
cum gestit.* Neq; mirum cum sibi adeò sint
nativitate propinquui, quod indicantes
antiqui Philosophi, eos pari charactere de-
pinxerunt, nempe ut ambo crucem bajula-
rent Mercur. & Sulph. Et Tractat. de lap.
Philosoph. Theat. Chym. vol. 2. pap. 237.
*Aurum Philosophorum est sulphur Philosopho-
rum, quod extrahitur de argento vivo Philoso-
phorum, &c.*

Suppono VIII. contra quosdam spin-
disantes, Mercurium Philosophorum per se
& sulphur Philosophorum per se, non posse
generare lapidem Philosophorum authori-
tas est in Harmon. chem. David. Lagn. in *per se*
theat. chym. vol. 4. pag. 731. quidam ma- sumpta
le intelligunt Philosophos, quia credunt ex solo *non ge-*
Mercurio, sine sorore vel compari ejus opus per- nerant
ficere. & pag. 736. *Draco non moritur sine* lapidem
fratre suo. denique ut infinitos omittam in-
troit. apert. ad occlus. reg. palat. cap. 13.
Dicimus ergo, quod sicut anteā Mercurium in
opere necessarium docui, taliaque de Mercurio
protuli, qua nulla ante me fecit vetustas, ita
jam sulphur ex altera parte expeti notifico, si-

*Mercurius &
Sulphur*

Philos.

nerant

lapidem

ne quo Mercurium nunquam proficuum pro opere supernaturali congettationem accipiet. Hinc Pythagorici omnium rixarum principium in dualitate posuerunt.

Elementorum separatio ius lap. confectione vitanda. Suppono IX. In confectione lapidis Philosophorum Elementa non esse manualli opere seperanda, doctrina est in Harmon. chemic. David. Lagn. in theat. chym. vol. 4. pag. 752. *Scias pro vero, quod nunquam Philosophi intellexerunt, quod lapis noster dividetur in quatuor Elementa seperatim ut faciunt stulti alchymista.* Et Albert. magn. in theat. chym. vol. 2. pag. 536. Ergo dicit Philosophus, non est autem seperatio quatuor Elementorum in lapide nostro sicut Idiota intelligunt. Ita lil. de spin evulsi prae curi. El. Artist. Artific. supernatural. Auth. de transmutat. metallor. Margarit. Prætioi. Bernart. Trevis. Flamell. specul. alchym. &c. ex his.

Quæres I. quanto spatio lapis Philosophorum morbos curet ad quod.

Lapis Philos. quanto tempore morbis medetur. Respondeo cum Harmon. chem. David. Lagn. ex theat. chym. vol. 4. pag. 762. *Si egritudo fuerit unius mensis, sanat eam in die uno vel hora, si vero agritudo fuerit unius anni, sanat eam in octo diebus : si vero morbus fuerit antiquus longo tempore, cum aliis medicinis incurabilis, sanat eum in dimidio mense &c.*

Quæ-

Quæres 2. Quo fiat quod tam pauci ad perfectionem hujus artis deveniant? ad quod.

Respondet præ cæteris Novum lumen. Iu-
yen. expert. in theat. chym pag. 940. Ergo
fratres non miremini, si in hoc opere multi er-
rent, quoniam juro vobis, me nunquam vi-
disse quemquam præter Magistrum. qui in de-
bita applicaret materia opus suum, sed conan-
tur ad impossibilia, in materiis, ac si de cane
crederent homines generari. De quibus hi
versus.

Quærunt alchymiam falsi quoq; recti.

Falsi sine numero: sed hi sunt ejecti.

Et cupiditatibus tot sunt infecti,

Quod inter mille millia vix sunt tres
electi.

Quæres 3. quo itidem fiat quod plenamq; docti homines hujus artis exiguum cognitionem habeant?

Respondeo: hoc singulari Dei voluntate & ob certam utilitatem fieri Deus enim superbiam omnem & ambitionem reprobat, & humilibus ac pauperibus, non autem magnatibus & filijs hujus mundi Thesaurorum hunc largitur, quem homo juxta præceptum Domini fænori locare tenetur, ad honorem & gloriam Dei excollendam,

Docti
cur hu-
jus artis
ignari.

&

pauperum inopiam sublevandam. Hinc Artifices non curant divitias atque honores, vnde *Anacreon* Philosophus pecuniam omnem sibi dono oblatam *Polycrati* Tyranno restituit, ut pote à qua custodienda plus molestiae quam voluptatis senserat.

Quæres 4. vnde fiat quod hæc Ars tam difficilimæ sit investigationis.

*Ars cur
inven-
tu diffi-
cili.* Respondeo : causam esse in primis ipsam Philosophorum materiam, ex qua ñidem Sulphur & Mercurium suum educunt, inventu paratuque difficilem, ita enim Augurell. neque enim quam sumere debes, magnum inveniſſe adeo est, habilem sed reddere massam, hoc opus hic labor est, hic exercentur, immanes Artificum cura. Secundo ratione præparationis materiæ totiusque Magisterij occultissimi, ita enim hoc in Passu Bernard. in Dedic. *Omnia tibi revelavi-
mus excepto secreto Artis, quod nemini licet
revelare, sed attribuimus illud DEO glorioſo,
qui cui vult inspirat, & cui vult auferat.* Et Sen. nihil occultaverunt quam præparatio- nem, quæ est difficilima rerum, unde si invenirent rem, non habuerunt præparationem, at res non efficitur, niſi præparatione. Tertio ratione multiplicationis nominum, quæ plerumque uni attribuunt rei, hinc Turb. in

in fin. *Nisi enim nomina multiplicarentur in arte Philosophica, pueri sapientiam deriderent.* Quartò, propter allegorias & similitudines quas de hac arte scripsierunt. *Philosophi enim ut ait Bernard. quart. part. Cum versutiis paraboliarum locuti sunt, unum dicentes, & alii intelligentes, ut fatuos seducant, & a vero sequestrent.* Quintò, propter transpositionem manipulationis, ita enim Anaxagor. in Turb. *Scitote quod inuidi in hoc opere perfectionem prius quam preparationem nataraverint, &c.*

Facecant tandem & in malam crucem abeant, omnes alchymiae susuratores, pessimi absque conscientia virorum sapientissimorum detractores, impii diffamatores, cæci de re sapientissima judices, taxatores nequisissimi, artium sibi non cognitarum, stulti inquit Albertus Magnus de Alchym. in Theat. Chymic. vol. 2. pag. 424. Eam despiciunt, eo quod ad eam pertinere non possunt, unde exosam eam habent, nec possibilem esse credunt, ideo invident illis, qui in ea operantur, & dicunt eos esse falsarios. Quare in admirationem abientes Responsiones ad Aubert. in Theat. Chymic. vol. 2. pag. 150. dicunt: *In primis praterire nec debet nec possum, vobementer mirari me*

istorum hominum audaciam, qui hanc artem
penitus damnare, & execrari audeant, tot
veterum eorumque maximorum virorum au-
thoritate comprobatam. Unde lib. de spin.
evull. Theat. Chymic. pag. 897. Non igi-
tur sapientes reprobent quis, sed se ipsum,
nostros enim libros non composuimus, nisi no-
bis & filiis nostris. Et Albertus Magnus in
Theat. Chymic. vol. 2. pag. 426. Volunt
ergo quidam contra dicere, & quamplures &
maxime iij, qui non intelligunt aliquid de ar-
te, nec metallorum naturas cognoscunt, &
nesciunt quid sit illorum intrinsecum, &
dimensiones & profunditates metallorum mini-
mè intelligentes. Manet proinde:

Firma sententia cum qua libellum hunc
conclusi,

Artem hanc non habere oforem nisi ig-
norantem.

Hæc igitur sufficient scripsisse pro po-
sibilitate, realitate & existentia ejusq; sum-
ma in medendo virtute atque praxi, tam
hominum quam metallorum universalis &
incircumscripta medicina, contra salivam
authoris præservativi universalis &
naturalis.

Faxit DEUS ut tandem sapient, &c.

Concludo.

Hæc ars non habet osorem, nisi
ignorantem.

O. A. M. D. T. O. M. B. V.
Sine macula conceptæ omniumq;
Sanctorum honorem & publici boni
emolumenntum.

Scripsi.

A N N O 1680.



ERRORES SIC
CORRIGE.

- P**ag. 1. lin. ult. atræxisſes leg. atraxisſes.
Pag. 4. lin. 21. Sarmaca. leg. Sarmata.
Pag. 5. lin. 26. sexagesimum. leg. faxa-
gesimam.
Pag. 12. lin. 1. coadjuvate. leg. coadjuvanre.
Pag. 14. lin. 1. deparati. leg. depurati.
Pag. 17. lin. 21. Hermetus. leg. Hermetis.
Pag. 21. lin. 8. bravi. leg. brevi.
Pag. 23. lin. 7. toplexu. leg. complexu.
Pag. 23. lin. 21. leprum. leg. lepram.
Pag. 28. lin. 11. calimantur. leg. calcinan-
cinantur.
Pag. 36. lin. 7. hici. leg. hic.
Pag. 38. lin. 6. archeticis. leg. artheticis.
Pag. 34. lin. 14. compositiocis. leg. campo-
fitionis.
Pag. 34. lin. 21. noa. leg. non.
Pag. 34. lin. ead. retimeri. leg. retineri.
Pag. 51. lin. 4. occidentaliter. leg. acciden-
taliter.
Pag. 51. lin. 11. Druconis. leg. Draconis.